Mundus undequaque confracta forma concrevit, hoc modo. Cum inſectilia corpuſcula (ſic nunc atomos voco) fortuito moverentur, nulla motum gubernante providentia, continenterque et celerrime agitarentur; multa in unum collecta ſunt corpora, ob eamque cauſſam magna iis fuit et figurarum et quantitatis varietas. Sic illis coactis, quæ majora erant et graviſſima, utique ſubſederunt: quæ mi-

δὲ μικρὰ καὶ περιφερῆ καὶ λεῖα καὶ εὐόλισθα, ταῦτα καὶ ἐξεθλίβετο κατὰ τὴν τῶν σωμάτων σύνοδον, εἴς τε τὸ μετέωρον ἀνεφέρετο. Ὡς δ' οὖν ἐξέλιπε μὲν ἡ πληκτικὴ δύναμις μετεωρίζουσα, οὐκέτι δὲ ἦγεν ἡ πληγὴ πρὸς τὸ μετέωρον, ἐκωλύετο δὲ ταῦτα κάτω φέρεσθαι, ἐπιέζετο πρὸς τοὺς
E τόπους τοὺς δυναμένους δέξασθαι· οὗτοι δὲ ἦσαν οἱ πέριξ, καὶ πρὸς τούτοις τὸ πλῆθος τῶν σωμάτων περιεκλᾶτο, περιπλεκόμενα δὲ ἀλλήλοις κατὰ τὴν περίκλασιν τὸν οὐρανὸν ἐγέννησαν· τῆς δ' αὐτῆς ἐχόμεναι φύσεως αἱ ἄτομοι ποικίλαι οὖσαι, καθὼς εἴρηται, πρὸς τὸ μετέωρον ἐξωθούμεναι, τὴν τῶν ἀστέρων φύσιν ἀπετέλουν· τὸ δὲ πλῆθος τῶν ἀναθυμιωμένων σωμάτων ἔπληττε τὸν ἀέρα, καὶ τοῦτον ἐξέθλιβε· πνευματούμενος δὲ οὗτος κατὰ τὴν κίνησιν, καὶ συμπεριλαμβάνων τὰ ἄστρα, συμπεριῆγε ταῦτα, καὶ
F τὴν νῦν περιφορὰν αὐτῶν μετέωρον ἐφύλαττε. Κἄπειτα ἐκ μὲν τῶν ὑποκαθιζόντων ἐγεννήθη ἡ γῆ, ἐκ δὲ τῶν

D. 7. Ὡς δ' οὖν ἐξέλιπε—πρὸς τὸ μετέωρον] Horum alterutrum ſatis erat. Eandem tamen lectionem ſervavit Euſeb. P. E. XV, 32.

E. 7. ἀναθυμιωμένων] Sic et Euſeb. Attamen excidiſſe quid videtur: nec ſatisfacit editoris Lipſ. ἀναθυουμένων: ut conjectura ſpecioſum, non item pro ſcriptura recipi debebat.

nora, rotunda, lævia, ac lubrica fuere, eliſa in concurſu corporum, in ſublime ſubvecta ſunt. Poſtquam elanguit vis impellens, atque in ſublime protrudens, reliqua, cum ſurſum efferri deſiiſſent, neque deorſum ferri quirent, compulſa ſunt ad loca recipiendo apta, nimirum ea quæ ſunt in ambitu; ad hæc multitudo corporum reflexa eſt: cumque inter ſe cohæreſcerent inter reflectendum, cœlum genuerunt. Atomi autem eandem appetentes naturam, ac variæ, ſicut dictum eſt, compulſæ in ſublime aſtra confecerunt. Jam multitudo corporum exhalando ſurſum elatorum aërem percuſſit, eoque eliſo, cum is motu in ventum eſſet redactus, complexus aſtra ſecum circumduxit, et eam ſublimium corporum circumagitationem, quæ adhuc durat, effecit: deinde ex corporibus ſubſidentibus terra ex-

μετεωριζομένων οὐρανὸς, πῦρ, ἀήρ. Πολλῆς δὲ ὕλης ἔτι περιειλημμένης ἐν τῇ γῇ, πυκνουμένης τε ταύτης κατὰ τὰς ἀπὸ τῶν πνευμάτων πληγὰς, καὶ τὰς ἀπὸ τῶν ἀστέρων αὔρας, προσεθλίβετο πᾶς ὁ μικρομερὴς σχηματισμὸς ταύτης, καὶ τὴν ὑγρὰν φύσιν ἐγέννα· ῥευστικῶς δὲ αὕτη διακειμένη κατεφέρετο πρὸς τοὺς κοίλους τόπους καὶ δυναμένους χωρῆσαί τε καὶ στέξαι, ἢ καθ' αὑτὸ τὸ ὕδωρ ὑποστὰν, ἐκοίλανε τοὺς ὑποκειμένους τόπους. Τὰ μὲν οὖν κυριώτατα μέρη τοῦ κόσμου τὸν τρόπον τοῦτον ἐγεννήθη.

έ.

Εἰ ἓν τὸ πᾶν. 879

Οἱ μὲν ἀπὸ τῆς Στοᾶς ἕνα κόσμον ἀπεφήναντο, ὃν δὴ καὶ τὸ πᾶν ἔφασαν εἶναι καὶ τὸ σωματικόν.

Ἐμπεδοκλῆς δὲ, κόσμον μὲν ἕνα, οὐ μέντοι τὸ πᾶν εἶναι τὸν κόσμον, ἀλλὰ ὀλίγον τι τοῦ παντὸς μέρος, τὸ δὲ λοιπὸν ἀργὴν ὕλην.

A. 6. ἀργὴν ὕλην] Sic E. M. Pol. Jannot. Mez. proxime ad Ald. Baſ. et Coll. Nov. ἀρχὴν ὕλην. Galen. VII. Stob. Phyſ. p. 52. ὕλην. Euſeb. Venet. Voſſ. ἀργὴν εἶναι τὴν ὕλην. Deterius reliquis Steph. ἀρχὴν εἶναι.

ſtitit, ex ſubvectis in altum, effecta ſunt cœlum, ignis, aër. Cum autem multum materiæ etiamnum in terra eſſet comprehenſum, et ictibus ventorum condenſaretur, auriſque ab aſtris venientibus, omnis terræ figura exiguis conſtans partibus compreſſa fuit, humidamque produxit naturam. Hæc cum eſſet fluida, in cava defluxit et capacia ob ſoliditatem: aut ipſa per ſe aqua conſiſtens, ſubjecta loca excavavit. Hoc modo principes mundi partes ortæ ſunt.

V.

An unicus ſit Mundus.

Stoici unum Mundum eſſe pronunciaverunt, quem et *univerſum* appellant et *corporeum*.

Empedocles unum quidem Mundum, ſed hunc non eſſe idem cum Univerſo, verum exiguam Univerſi partem: reliquum eſſe otioſam materiam.

Πλάτων δὲ τεκμαίρεται τὸ δοκοῦν, ὅτι εἷς κόσμος, καὶ ἓν τὸ πᾶν, ἐκ τριῶν· ἐκ τοῦ μὴ εἶναι τέλειον, ἐὰν μὴ πάντα περιέχῃ· ἐκ τοῦ μὴ ἔσεσθαι ὅμοιον τῷ παραδείγματι, ἐὰν μὴ μονογενὴς ᾖ· ἐκ τοῦ μὴ ἔσεσθαι αὐτὸν ἄφθαρτον, ἐὰν ᾖ τι ἐξωτέρω αὐτοῦ. Πρὸς δὴ
B τὸν Πλάτωνα ῥητέον, ὅτι οὐ τέλειος ὁ κόσμος· οὐδὲ γὰρ πάντα περιέχει· καὶ γὰρ ὁ ἄνθρωπος ἐστι τέλειος, ἀλλ' οὐ πάντα περιέχει· καὶ πολλὰ παραδείγματά ἐστιν, ὥσπερ ἐπ' ἀνδριάντων καὶ οἰκιῶν καὶ ζωγραφιῶν· πῶς δὲ τέλειος, εἴπερ ἔξωθεν τι αὐτοῦ περιδινεῖσθαι δύναται; ἄφθαρτος δὲ οὐκ ἔστιν, οὐδὲ δύναται εἶναι, γεννητὸς ὤν.

Μητρόδωρος δέ φησιν ἄτοπον εἶναι ἐν μεγάλῳ πεδίῳ ἕνα στάχυν γεννηθῆναι, καὶ ἕνα κόσμον ἐν τῷ ἀπείρῳ. Ὅτι δὲ ἄπειρος κατὰ τὸ πλῆθος, δῆλον ἐκ τοῦ ἄπειρα τὰ

A. 7. τὸ δοκοῦν] Sic et Euſeb. Nihilominus vitium ſubeſſe videtur. Bud. vertit *ut videtur*: nec aliter ex recto uſu accipi poteſt: at huic loco non congruit.

B. 1. ὅτι οὐ τέλειος—περιέχει] Sententia poſtulat, ὅτι οὐδ', εἰ τέλειος ὁ κόσμος, πάντα περιέχει.

Plato unum eſſe Mundum, et unum Univerſum, ex tribus argumentis conjicit Plato: quod perfectus non eſſet, ſi non contineret omnia: quod non ſimilis exemplari, ſi non unigenitus: quod non in ſempiternum duraturus, ſi quid extra ipſum exſtaret. Platoni vero objici poteſt, mundum eſſe perfectum, neque omnia tamen complecti: nam homo quoque perfectus eſt, neque tamen omnia continet: et multa ejus rei exempla ſuppeditant ſtatuæ, domus, picturæ. Qui autem perfectus ſit, extra quem aliquid circumagitari poteſt? Interitui autem neque non eſt, neque poteſt non eſſe obnoxius, cum ſit ortus.

Metrodorus abſurdum eſſe ait in magno agro unicam naſci ſpicam, et in infinito unicum mundum exſtitiſſe, perinde abſurdum. Eſſe autem infinitos numero mundos inde conſtare, quod infinitæ ſunt

αἴτια εἶναι· εἰ γὰρ ὁ μὲν κόσμος πεπερασμένος, τὰ δὲ αἴτια πάντα ἄπειρα, ἐξ ὧν ὅδε ὁ κόσμος γέγονεν, ἀνάγκη ἀπείρους εἶναι· ὅπου γὰρ τὰ πάντα γέγονεν C αἴτια, ἐκεῖ καὶ τὰ ἀποτελέσματα· αἴτια δὲ, ἤτοι αἱ ἄτομοι, ἢ τὰ στοιχεῖα.

ϛʹ.

Πόθεν ἔννοιαν ἔσχον θεοῦ ἄνθρωποι.

Ὁρίζονται δὲ τὴν τοῦ θεοῦ οὐσίαν οἱ Στωϊκοὶ οὕτως, πνεῦμα νοερὸν καὶ πυρῶδες οὐκ ἔχον μὲν μορφὴν, μεταβάλλον δὲ εἰς ἃ βούλεται, καὶ συνεξομοιούμενον πᾶσιν. Ἔσχον δὲ ἔννοιαν τούτου πρῶτον μὲν ἀπὸ τοῦ κάλλους τῶν ἐμφαινομένων προσλαμβάνοντες· οὐδὲν γὰρ τῶν καλῶν εἰκῇ καὶ ὡς ἔτυχε γίνεται, ἀλλὰ μετά τινος τέχνης δημιουργούσης. Καλὸς δὲ ὁ κόσμος· δῆλον δὲ ἐκ τοῦ D σχήματος, καὶ τοῦ χρώματος, καὶ τοῦ μεγέθους, καὶ τῆς περὶ τὸν κόσμον τῶν ἀστέρων ποικιλίας. Σφαιροειδὴς δὲ ὁ κόσμος· ὃ πάντων τῶν σχημάτων πρωτεύει· μόνον

C. 1. ὅπου γὰρ τὰ πάντα] Mez. Reiſk. ὅπου γὰρ τὰ ἄπειρα, quod melius cum ſententia loci congruit, quam vulgatum.

cauſſæ. Nam ſi finitus eſſet mundus, cauſſæ autem infinitæ ex quibus hic mundus conſtat, neceſſe eſt infinitos eſſe. Ubi enim omnes adſunt cauſſæ, ibi neceſſe eſt etiam effectus eſſe: cauſſæ autem ſunt vel atomi, vel elementa.

VI.

Unde Dei notitiam homines habuerint.

Dei naturam Stoici definiunt ſpiritum intelligentia præditum, igneum, formæ expertem, et in quam velit ſpeciem ſe mutantem, ac rebus quibuſvis aſſimilantem. Notionem Dei ſuggeſſit primum conſpecta eorum quæ in Mundo inſunt pulchritudo: nihil enim pulchri temere et fortuito naſcitur, ſed ab arte aliqua efficitur. Mundum pulchrum eſſe, figura, color, magnitudo, et aſtrorum varietas arguunt. Globi forma eſt mundo, omnium facile præſtantiſſima, quod ſola omnibus

γὰρ τοῦτο τοῖς ἑαυτοῦ μέρεσιν ὁμοιοῦται· περιφερὴς δὲ ὤν, ἔχει τὰ μέρη περιφερῆ· διὰ τοῦτο γὰρ, κατὰ τὸν Πλάτωνα, ἐν τῇ κεφαλῇ τὸ ἱερώτατον συνέστηκε νοῦς. Καὶ τὸ χρῶμα δὲ καλόν· κυανώδει γὰρ κέχρωσται, ὃ πορφύρας μέν ἐστι μελάντερον, στίλβουσαν δὲ ἔχει τὴν ποιότητα· καὶ διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν τῷ τῆς χροιᾶς συντόνῳ διακόπτων τηλικαύτην τοῦ ἀέρος ἀπόστασιν, ἐκ
E τοσούτων διαστημάτων θεωρεῖται. Καὶ ἐκ τοῦ μεγέθους καλός· πάντων γὰρ τῶν ὁμογενῶν τὸ περιέχον, καλόν, ὡς ζῶον καὶ δένδρον. Ἐπιτελεῖ τὸ κάλλος τοῦ κόσμου καὶ τὰ φαινόμενα· ὁ μὲν γὰρ λοξὸς κύκλος ἐν οὐρανῷ διαφόροις εἰδώλοις πεποίκιλται.

> Τῷ ἔνι καρκίνος ἐστί, λέων δ' ἐπὶ τῷ, μετὰ δ' αὐτὸν
> Παρθένος, ἠδ' ἐπὶ οἱ χηλαί, καὶ σκορπίος αὐτός·
> Τοξευτής τε καὶ αἰγόκερως· ἐπὶ δ' αἰγοκερῆϊ,
> Ὑδροχόος, δύο δ' αὐτὸν ἐπ' ἰχθύες ἀστερόωντες·
> Τοὺς δὲ μέτα κριός, ταῦρος δ' ἐπὶ τῷ, δίδυμοί τε·

F μυρία δ' ἄλλα καθ' ὁμοίας τοῦ κόσμου περικλάσεις πε-

ſuis partibus eſt ſimilis: cumque rotundus ſit, partes quoque habet rotundas: ideoque ſecundum Platonem mens, res diviniſſima, in capite ſedem habet. Color quoque cœli pulcher eſt: nam cœruleum purpura nigrius eſt, et fulget: atque ob fulgorem et vehementiam color hic tantum aëris intervallum penetrans tam procul diſſitum nobis cœlum dat conſpiciendum. Pulchritudinem etiam magnitudo ei conciliat. Nam in quovis genere id quod reliqua continet, pulchrum eſt, ut homo et arbor. Ea quoque ad pulchritudinem mundi faciunt, quæ nobis apparent. Obliquus enim in cœlo circulus, quem Zodiacum ſeu ſigniferum appellant, diverſis eſt ſimulacris diſtinctus.

> *Cancer ineſt illi, poſt hunc leo, virgo deinde,*
> *Chelæ, ſcorpius, arcitenens, capricornus, aquai*
> *Poſt illos fuſor, nitidi duo ſidera piſces,*
> *Mox aries, taurus ſequitur, fratreſque gemelli.*

Innumera autem alia ſimiles reflectiones in mundo effece-

ποίηκεν. Ὅθεν καὶ Εὐριπίδης φησί,

——— τό τ' ἀστερωπὸν οὐρανοῦ σέλας
Χρόνου, καλὸν ποίκιλμα τέκτονος σοφοῦ.

Ἐλάβομεν δὲ ἐκ τούτου ἔννοιαν θεοῦ· ἀεί τε γὰρ ἥλιος καὶ σελήνη καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ἄστρων τὴν ὑπόγειον φορὰν ἐνεχθέντα, ὅμοια μὲν ἀνατέλλει τοῖς χρώμασιν, ἴσα δὲ τοῖς μεγέθεσι καὶ κατὰ τόπους καὶ κατὰ χρόνους τοὺς αὐτούς. Διόπερ οἱ τὸν περὶ τῶν θεῶν παραδόντες σεβασμὸν, διὰ τριῶν ἡμῖν ἐξέθηκαν εἰδῶν, πρῶτον μὲν τοῦ φυσικοῦ, δεύτερον δὲ τοῦ μυθικοῦ, τρίτον δὲ τοῦ τὴν μαρτυρίαν ἐκ 880
τῶν νόμων εἰληφότος, διοικεῖσθαι· διδάσκεται δὲ τὸ μὲν φυσικὸν ὑπὸ τῶν φιλοσόφων, τὸ δὲ μυθικὸν ὑπὸ τῶν ποιητῶν, τὸ δὲ νομικὸν ἐφ' ἑκάστης ἀεὶ πόλεως συνίσταται. Διαιρεῖται μὲν δὴ πᾶσα διδαχὴ εἰς εἴδη ἑπτά. Καὶ πρῶτον μὲν, τὸ ἐκ τῶν φαινομένων καὶ μετεώρων· θεοῦ γὰρ ἔννοιαν ἔσχον ἀπὸ τῶν φαινομένων ἀστέρων, ὁρῶντες

F. 4. Χρόνου] Sextus Emp. Adv. Math. IX.—τό τ' ἀστερωπὸν οὐρανοῦ δέμας Χρόνου—. Mez. Χορόν. Colleg. Nov. Θρόνον.

F. 9. οἱ τὸν περὶ] Sic E. Venet. Voſſ. Moſc. T. V. Vulgo, οἱ περί.

A. 2. διοικεῖσθαι] Hoc ita ſtare nequit. Aut excidit quid; ut integra oratio fuerit—εἰληφότος, οἷς εἰώθαμεν διοικεῖσθαι. Aut ortum ex διοικεῖται, varia lectione proximi διδάσκεται. Interea commate et vertendo ad διὰ retuli.

runt. Unde et Euripides,

Cœli renidens pulchris ſideribus jubar,
Varium ſapientis opus artificis.

Id quoque nos ad Dei cognitionem deduxit, quod cum Sol, Luna, et reliquæ ſtellæ infra terram deferuntur, eadem rurſus magnitudine, colore, locis, temporibuſque iiſdem oriuntur. Itaque ii qui cultum Deorum nobis tradiderunt, expoſuerunt nobis, eum adminiſtrari tribus formis, naturali, fabuloſa, teſtimonio legum: naturalem philoſophi, fabuloſam poëtæ docent, leges ſuas ſingulæ habent civitates. Tota doctrina in ſeptem tribuitur partes. Prima eſt eorum quæ in cœlo et ſublimi fiunt obſervatio: homines enim cœperunt Deum agnoſcere, cum viderent ſtellas tantam concinnitatem

τούτους μεγάλης συμφωνίας ὄντας αἰτίους, καὶ τεταγμένας ἡμέραν τε καὶ νύκτα, χειμῶνά τε καὶ θέρος, ἀνατολάς τε καὶ δυσμάς· καὶ τὰ ὑπὸ τῆς γῆς ζωογονούμενα
B καὶ καρπογονούμενα· διὸ πατὴρ μὲν ἔδοξεν αὐτοῖς ὁ οὐρανὸς ὑπάρχειν, μήτηρ δὲ ἡ γῆ· τούτων δὲ ὁ μὲν οὐρανὸς, πατὴρ, διὰ τὸ τὰς τῶν ὑδάτων ἐκχύσεις, σπερμάτων ἔχειν τάξιν, ἡ δὲ γῆ μήτηρ, διὰ τὸ δέχεσθαι ταῦτα καὶ τίκτειν· βλέποντες δὲ ἀεὶ τοὺς ἀστέρας θέοντας, αἰτίους τε τοῦ θεωρεῖν ἡμᾶς ἥλιον τε καὶ σελήνην, θεοὺς προσηγόρευσαν. Εἰς δεύτερον δὲ καὶ τρίτον τόπον τοὺς θεοὺς διεῖλον, εἴς τε τὸ βλάπτον καὶ τὸ ὠφελοῦν· καὶ τοὺς μὲν ὠφελοῦντας, Δία, Ἥραν, Ἑρμῆν, Δήμητραν· τοὺς δὲ βλάπτοντας Ποινὰς, Ἐριννύας, Ἄρην, τούτους
C ἀφοσιούμενοι χαλεποὺς ὄντας καὶ βιαίους. Τέταρτον καὶ πέμπτον προστεθείκασι τοῖς πράγμασι, καὶ τοῖς πάθεσι, καθάπερ Ἔρωτα, Ἀφροδίτην, Πόθον· πραγμάτων δὲ, Ἐλπίδα, Δίκην, Εὐνομίαν. Ἕκτον δὲ τόπον προσέλαβε τὸ ὑπὸ τῶν ποιητῶν πεπλασμένον· Ἡσίοδος

efficere, ac dies noctesque, æſtate et hyeme ſuos ſervare ſtatos ortus atque obitus: indeque terram animantia et fructus proferre. Itaque pro patre cœlum, pro matre terram acceperunt: patrem illum, quod aquam inſtar ſeminis effunderet, matrem hanc quod conciperet et pareret. Cumque viderent ſtellas perpetuo moveri, et in cauſſa nobis eſſe, ut Solem et Lunam contemplaremur, Deorum iis nomen fecerunt a curſu ductum. Secundo et tertio loco Deos diſtinxerunt in utiles, Jovem ſcilicet, Junonem, Mercurium, Cererem: et damnoſos, Diras, Furias, Martem, quos ut violentos et ſævos placant ſacris atque avertunt. Quartum et quintum locum rebus et motibus animi adſignaverunt, ut Amori, Veneri, Deſiderio, et de rebus Spei, Juſtitiæ, Æquitati. Sextum locum figmenta poëta-

γὰρ βουλόμενος τοῖς γεννητοῖς θεοῖς πατέρας συστῆσαι, εἰσήγαγε τοιούτους αὐτὸς γεννήτορας,

Κοῖόν τε, Κρεῖόν θ', Ὑπερίονά τ', Ἰαπετόν τε·

διὰ τοῦτο καὶ μυθικὸν κέκληται. Ἕβδομον δὲ καὶ ἐπὶ
πᾶσι, τὸ διὰ τὰς εἰς τὸν κοινὸν βίον εὐεργεσίας ἐκτετι-
μημένον, ἀνθρωπίνως δὲ γεννηθέντας ὡς Ἡρακλέα, ὡς
Διοσκούρους, ὡς Διόνυσον. Ἀνθρωποειδεῖς δ' αὐτοὺς ἔ- D
φασαν εἶναι, διότι τῶν μὲν ἁπάντων τὸ θεῖον κυριώτατον,
τῶν δὲ ζώων ἄνθρωπος κάλλιστον, καὶ κεκοσμημένον ἀρε-
τῇ διαφόρως κατὰ τὴν τοῦ νοῦ σύστασιν, τὸ κράτιστον·
τοῖς οὖν ἀριστεύουσι τὸ κράτιστον ὁμοίως καὶ καλῶς ἔχειν
διενοήθησαν.

C. 6. πατέρας—αὐτὸς] Primum ſumſi ex Moſc. pro πατέρα. Mox legendum τοιούτους αὐτοῖς, quo tendere videtur lectio codicis M. τοιούτας αὐτούς.

D. 3. καὶ κεκοσμημένον—διενοήθησαν] καὶ additum ex Moſc. καλῶς, pro vulgata κακῶς, eſt ex Voſſ. Colleg. Nov. Moſc. P. T. V. Ultimum καὶ, ante καλῶς, ſi deleas, probabilis erit locus, nec tam emendationem requiret quam interpretationem: idcirco in Verſione a nobis expreſſam.

rum occupaverunt. Heſiodus enim cum genitis Diis vellet patres dare, hos Deorum genitores protulit,

Cœumque, Induperantem, Hyperionaque, Iapetumque.

itaque hic locus fabuloſus dicitur. Septimus iis eſt tributus, qui ob beneficia in uſum communis vitæ collata honoribus divinis ſunt affecti, humano nati more, ut Hercules, Caſtor et Pollux, Bacchus.

Formam humanam Diis adſcripſerunt, quia omnium rerum principatus eſt penes Numen: omnium autem animalium pulcherrimum eſt homo, et præſtantiſſimum idem, quippe eximie ornatum virtute propter Mentis dotem. Itaque cenſuerunt, ſimiliter Deos, ut principes virtute, decere præſtantiſſimam formam, id eſt humanam.

ζ'.

Τίς ἐστιν ὁ θεός.

Ἔνιοι τῶν φιλοσόφων, καθάπερ Διαγόρας ὁ Μήλιος, καὶ Θεόδωρος ὁ Κυρηναῖος, καὶ Εὐήμερος ὁ Τεγεάτης, καθόλου, φασὶ, μὴ εἶναι θεούς· τὸν δὲ Εὐήμερον καὶ Καλλίμαχος ὁ Κυρηναῖος αἰνίττεται ἐν τοῖς Ἰάμβοις, γράφων,

E Εἰς τὸ πρὸ τείχευς ἱερὸν ἁλέες δεῦτε,
Οὗ τὸν πάλαι χάλκειον ὁ πλάσας Ζᾶνα
Γέρων ἀλάζων ἄδικα βιβλία ψύχει.

Ταῦτ' ἐστὶ τὰ περὶ τοῦ μὴ εἶναι θεούς. Καὶ Εὐριπίδης ὁ τραγῳδοποιὸς ἀποκαλύψασθαι μὲν οὐκ ἠθέλησε, δεδοικὼς τὸν Ἄρειον πάγον· ἐνέφηνε δὲ τοῦτον τὸν τρόπον· τὸν γὰρ Σίσυφον εἰσήγαγε προστάτην ταύτης τῆς δόξης, καὶ συνηγόρευσεν αὐτοῦ ταύτῃ τῇ γνώμῃ·

D. 9. Μήλιος] Sic Baſ. Xyl. Amiot. Schott. et res ipſa poſtulat. Vulgo omnes alii et Euſeb. adeo P. E. XIV, 16, Μιλήσιος: idemque mendum in Theodoreto De Curand. Gr. III. p. 506. C.

E. 1. Εἰς τὸ πρὸ—ψύχει] Bentleius ad Callimach. T. I. p. 458, χάλκειον mutat in Παγχαῖον, et ψύχει in ψήχει. Probabiliter ſane: nec tamen contra librorum auctoritatem recipere auſus ſum.

VII.

Quid ſit Deus.

Philoſophorum quidam, ut Diagoras Melius, et Theodorus Cyrenæus, et Euemerus Tegeata, omnino negaverunt eſſe Deos: et Euemerum etiam Callimachus Cyrenæus ſignificavit, in Iambis ſcribens,

Venite frequentes ante muros in fanum,
Ubi qui vetuſtum ex ære Tonantem formavit
Senex loquax cum libris impiis friget.

hos dicit libros, in quibus Euemerus docet, non eſſe Deos. Et Euripides tragicus poëta aperte quidem profiteri hanc ſententiam non eſt auſus, metuens Areopagiticum judicium: indicavit tamen hac ratione: Siſyphum introduxit, qui eam proferret ipſeque ei patrocinatus eſt,

Ἦν γὰρ χρόνος (φησὶν) ὅτ' ἄτακτος ἦν ἀνθρώπων βίος,
Καὶ θηριώδης, ἰσχύος θ' ὑπηρέτης·

"ἔπειτα φησὶ τὴν ἀνομίαν λυθῆναι νόμων εἰσαγωγῇ· F
"ἐπεὶ γὰρ ὁ νόμος τὰ φανερὰ τῶν ἀδικημάτων εἴργειν
"ἐδύνατο, κρύφα τε ἠδίκουν πολλοὶ, τότε τις σοφὸς
"ἀνὴρ ἐπέστησεν ὡς δεῖ ἀεὶ ψευδεῖ λόγῳ τυφλῶσαι τὴν
"ἀλήθειαν, καὶ πεῖσαι τοὺς ἀνθρώπους,

"Ὡς ἔστι δαίμων ἀφθίτῳ θάλλων βίῳ,
"Ὃς ταῦτ' ἀκούει καὶ βλέπει, φρονεῖ τ' ἄγαν."

Ἀνῃρήσθω γὰρ, φησὶν, ὁ ποιητικὸς λῆρος, σὺν Καλλιμάχῳ τῷ λέγοντι,

——— Εἰ θεὸν οἶσθα,
Ἴσθ' ὅτι καὶ ῥέξαι δαίμονι πᾶν δυνατόν.

Οὐδὲ γὰρ ὁ θεὸς δύναται πᾶν ποιεῖν· ἐπεί τοι γε, εἰ θεός ἐστι, ποιείτω τὴν χιόνα μέλαιναν, τὸ δὲ πῦρ ψυχρὸν,

E. 9. Ἦν γὰρ χρόνος—] Plenius et uberius hæc exſtant apud Sext. Emp. Adv. Math. IX, 54. qui ad Critiam auctorem refert: probante Valckenario Diatr. Eur. Fragm. p. 209. Nolui hinc quid mutationis recipere.

F. 10. Εἰ θεὸν—δυνατόν] Secutus ſum Xylandrum, et Bentleium ad Callim. T. I. p. 496. Vulgo, εἰ θεὸν οἶσθα, ἴσθι ὅτι καὶ δαίμονι ῥέξαι πᾶν δυνατόν.

Incondita olim vita fuit mortalium,
Et belluina, viribuſque ſerviens.

"legibus deinde poſitis (ait) "injuſtitiam fuiſſe repreſſam: "ſed cum hæ aperta poſſent "flagitia prohibere, multi au"tem occulte ſcelera perpe"trarent, tum quendam cal"lidum virum prodiiſſe, qui "docuerit veritati tenebras "mendacio offundendas, ho"minibuſque perſuadendum "eſſe,

"*Quod ſit perenni vita aliquis vigens*
"*Deus,*
"*Qui cernat iſta, et audiat, atque in-*
"*telligat.*"

Nugæ enim, ut aliquis inquit, poëtarum valeant una cum Callimacho, cujus hoc eſt:

Eſſe Deum ſi credis, et hoc te ſcire neceſſe eſt,
Nil non hunc etiam poſſe Deum facere.

Non enim poteſt omnia Deus facere: aut faciat, ſi eſt Deus, nivem nigram, ignem frigi-

881 τὸ δὲ καθήμενον ὀρθὸν, καὶ τὸ ἐναντίον. Καὶ γὰρ Πλάτων ὁ μεγαλόφωνος εἰπὼν, "Ὁ θεὸς ἔπλασε τὸν κόσμον, "πρὸς ἑαυτοῦ ὑπόδειγμα," ὄζει λήρου βεκκεσελήνου, κατά γε τοὺς τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας ποιητάς· πῶς γὰρ αὐτῷ ἀτενίζων ἔπλασεν, ἢ πῶς σφαιροειδῆ τὸν θεὸν ὄντα ταπεινότερον ἀνθρώπου; Ὁ δὲ Ἀναξαγόρας φησὶν, "ὡς "εἱστήκει κατ' ἀρχὰς τὰ σώματα, νοῦς δὲ αὐτὰ διε-"κόσμησε θεοῦ, καὶ τὰς γενέσεις τῶν ὅλων ἐποίησεν." Ὁ δὲ Πλάτων οὐχ ἑστηκότα ὑπέθετο τὰ πρῶτα σώματα, ἀτάκτως δὲ κινούμενα, "διὸ καὶ θεὸς," φησὶν, "ἐπιστήσας "ὡς τάξις ἀταξίας ἐστὶ βελτίων διεκόσμησε ταῦτα."
B Κοινῶς οὖν ἁμαρτάνουσιν ἀμφότεροι, ὅτι τὸν θεὸν ἐποίησαν ἐπιστρεφόμενον τῶν ἀνθρωπίνων, ἢ καὶ τούτου χάριν τὸν κόσμον κατασκευάζοντα· τὸ γὰρ μακάριον καὶ ἄφθαρτον ζῶον, συμπεπληρωμένον τε πᾶσι τοῖς ἀγαθοῖς καὶ κακοῦ παν-

A. 1. τὸ δὲ καθήμενον] τὸν δ. κ. Colleg. Nov. forte rectius. Item Xyl. vertit.
A. 5. ὄντα] Corruptelæ notam aſteriſcum appoſuit Mez. Senſum quidem probabiliter expreſſit Xyl. vertens. Ad orationis integritatem quid deeſt. Forte ὄντα mutandum in νοεῖ, vel in οἷόντε εἶναι.

dum, rectum eum qui ſedet, vel contra. Nam Plato etiam vocalis ille cum diceret Deum ſeipſo uſum exemplari condidiſſe mundum, *nænias redolet* priſcæ antiquitatis obſoletas, *beccеſelenas*, ut eas vetus comœdia vocat. Quomodo enim finxit in ſeipſum intuens? aut qui globoſus eſt Deus, et homine inferior? ANAXAGORAS dixit initio conſtitiſſe corpora, Dei autem mentem ea digeſſiſſe, itaque omnium rerum ortus effeciſſe. PLATO poſuit prima corpora non ſtetiſſe, ſed ſine ordine fuiſſe mota: *Deus autem*, inquit, *ordinem animadvertens confuſioni præſtare, ea compoſuit.* Communis ambobus hic eſt error, quod Deum faciunt res humanas curantem, et ea de cauſſa mundum adornantem. Beatum enim interituſque expers animal, omnibuſque bonis perfecte cumulatum, neque ullius capax mali,

Ἦν γὰρ χρόνος (φησὶν) ὅτ' ἄτακτος ἦν ἀνθρώπων βίος,
Καὶ θηριώδης, ἰσχύος θ' ὑπηρέτης·

« ἔπειτα φησὶ τὴν ἀνομίαν λυθῆναι νόμων εἰσαγωγῇ· F
« ἐπεὶ γὰρ ὁ νόμος τὰ φανερὰ τῶν ἀδικημάτων εἴργειν
« ἐδύνατο, χρύφα τε ἠδίκουν πολλοί, τότε τις σοφὸς
« ἀνὴρ ἐπέστησεν ὡς δεῖ ἀεὶ ψευδεῖ λόγῳ τυφλῶσαι τὴν
« ἀλήθειαν, καὶ πεῖσαι τοὺς ἀνθρώπους,

« Ὡς ἔστι δαίμων ἀφθίτῳ θάλλων βίῳ,
« Ὃς ταῦτ' ἀκούει καὶ βλέπει, φρονεῖ τ' ἄγαν."

Ἀνῃρήσθω γὰρ, φησὶν, ὁ ποιητικὸς λῆρος, σὺν Καλλιμάχῳ τῷ λέγοντι,

——— Εἰ θεὸν οἶσθα,
Ἴσθ' ὅτι καὶ ῥέξαι δαίμονι πᾶν δυνατόν.

Οὐδὲ γὰρ ὁ θεὸς δύναται πᾶν ποιεῖν· ἐπεί τοι γε, εἰ θεός ἐστι, ποιείτω τὴν χιόνα μέλαιναν, τὸ δὲ πῦρ ψυχρὸν,

E. 9. Ἦν γὰρ χρόνος—] Plenius et uberius hæc exſtant apud Sext. Emp. Adv. Math. IX, 54. qui ad Critiam auctorem refert: probante Valckenario Diatr. Eur. Fragm: p. 209. Nolui hinc quid mutationis recipere.

F. 10. Εἰ θεὸν—δυνατόν] Secutus ſum Xylandrum, et Bentleium ad Callim. T. I. p. 496. Vulgo, εἰ θεὸν οἶσθα, ἴσθι ὅτι καὶ δαίμονι ῥέξαι πᾶν δυνατόν.

Incondita olim vita fuit mortalium,
Et belluina, viribuſque ſerviens.

« legibus deinde poſitis (ait)
« injuſtitiam fuiſſe repreſſam:
« ſed cum hæ aperta poſſent
« flagitia prohibere, multi autem occulte ſcelera perpetrarent, tum quendam callidum virum prodiiſſe, qui
« docuerit veritati tenebras
« mendacio offundendas, hominibuſque perſuadendum
« eſſe,

« *Quod ſit perenni vita aliquis vigens*
« *Deus,*
« *Qui cernat iſta, et audiat, atque intelligat.*"

Nugæ enim, ut aliquis inquit, poëtarum valeant una cum Callimacho, cujus hoc eſt:

Eſſe Deum ſi credis, et hoc te ſcire neceſſe eſt,
Nil non hunc etiam poſſe Deum facere.

Non enim poteſt omnia Deus facere: aut faciat, ſi eſt Deus, nivem nigram, ignem frigi-

881 F τὸ δὲ καθήμενον ὀρθόν, καὶ τὸ ἐναντίον. Καὶ γὰρ Πλάτων ὁ μεγαλόφωνος εἰπών, "Ὁ θεὸς ἔπλασε τὸν κόσμον, "πρὸς ἑαυτοῦ ὑπόδειγμα," ὄζει λήρου βεκκεσελήνου, κατά γε τοὺς τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας ποιητάς· πῶς γὰρ αὐτῷ ἀτενίζων ἔπλασεν, ἢ πῶς σφαιροειδῆ τὸν θεὸν ὄντα ταπεινότερον ἀνθρώπου; Ὁ δὲ Ἀναξαγόρας φησίν, "ὡς "εἱστήκει κατ' ἀρχὰς τὰ σώματα, νοῦς δὲ αὐτὰ διε-"κόσμησε θεοῦ, καὶ τὰς γενέσεις τῶν ὅλων ἐποίησεν." Ὁ δὲ Πλάτων οὐχ ἑστηκότα ὑπέθετο τὰ πρῶτα σώματα, ἀτάκτως δὲ κινούμενα, "διὸ καὶ θεός," φησίν, "ἐπιστήσας "ὡς τάξις ἀταξίας ἐστὶ βελτίων διεκόσμησε ταῦτα."
B Κοινῶς οὖν ἁμαρτάνουσιν ἀμφότεροι, ὅτι τὸν θεὸν ἐποίησαν ἐπιστρεφόμενον τῶν ἀνθρωπίνων, ἢ καὶ τούτου χάριν τὸν κόσμον κατασκευάζοντα· τὸ γὰρ μακάριον καὶ ἄφθαρτον ζῷον, συμπεπληρωμένον τε πᾶσι τοῖς ἀγαθοῖς καὶ κακοῦ παν-

A. 1. τὸ δὲ καθήμενον] τὸν δ. κ. Colleg. Nov. forte rectius. Item Xyl. vertit.
A. 5. ὄντα] Corruptelæ notam aſteriſcum appoſuit Mez. Senſum quidem probabiliter expreſſit Xyl. vertens. Ad orationis integritatem quid deeſt. Forte ὄντα mutandum in νοεῖ, vel in οἰόντε εἶναι.

dum, rectum eum qui ſedet, vel contra. Nam Plato etiam vocalis ille cum diceret Deum ſeipſo uſum exemplari condidiſſe mundum, *nænias redolet* priſcæ antiquitatis obſoletas, *beccefelenas*, ut eas vetus comœdia vocat. Quomodo enim finxit in ſeipſum intuens? aut qui globoſus eſt Deus, et homine inferior? Anaxagoras dixit initio conſtitiſſe corpora, Dei autem mentem ea digeſſiſſe, itaque omnium rerum ortus effeciſſe. Plato poſuit prima corpora non ſtetiſſe, ſed ſine ordine fuiſſe mota: *Deus autem*, inquit, *ordinem animadvertens confuſioni præſtare, ea compoſuit.* Communis ambobus hic eſt error, quod Deum faciunt res humanas curantem, et ea de cauſſa mundum adornantem. Beatum enim interituſque expers animal, omnibuſque bonis perfecte cumulatum, neque ullius capax mali,

τὸς ἄλυπον, ὅλον ὂν περὶ τὴν συνοχὴν τῆς ἰδίας εὐδαιμονίας καὶ ἀφθαρσίας, ἀνεπιστρεφές ἐστι τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων· κακοδαίμων δ' ἂν εἴη, ἐργάτου δίκην καὶ τέκτονος, ἀχθοφορῶν καὶ μεριμνῶν εἰς τὴν τοῦ κόσμου κατασκευήν. Καὶ πάλιν ὁ θεὸς ὃν λέγουσιν, ἤτοι τὸν ἔμπροσθεν αἰῶνα οὐκ ἦν, ὅτε ἦν ἀκίνητα τὰ σώματα, ἢ ἀτάκτως ἐκινεῖτο, ἢ ἐκοιμᾶτο, ἢ ἐγρηγόρει, ἢ οὐδέτερον τούτων. Καὶ C
οὔτε τὸ πρῶτόν ἐστι δέξασθαι, ὁ γὰρ θεὸς αἰώνιος· οὔτε τὸ δεύτερον, εἰ γὰρ ἐκοιμᾶτο ἐξ αἰῶνος ὁ θεός, ἐτεθνήκει, αἰώνιος γὰρ ὕπνος ὁ θάνατός ἐστιν· ἀλλ' οὔτε δεκτικὸς ὕπνου θεός, τὸ γὰρ ἀθάνατον τοῦ θεοῦ, καὶ τὸ ἐγγὺς θανάτου, πολὺ κεχώρισται. Εἰ δὲ ἦν ὁ θεὸς ἐγρηγορώς, ἤτοι ἐνέλειπεν εἰς εὐδαιμονίαν, ἢ πεπλήρωκε μακαριότητα· καὶ οὔτε κατὰ τὸ πρῶτον μακάριός ἐστιν ὁ θεός, τὸ γὰρ ἐλλεῖπον εἰς εὐδαιμονίαν οὐ μακάριον· οὔτε κατὰ τὸ δεύτερον, μηδὲν δὲ ἐλλείπων, κεναῖς ἔμελλεν ἐπιχειρεῖν πράξεσι. Πῶς δὲ, εἴπερ ὁ θεός ἐστι, καὶ τῇ τούτου

totum in ſua beatitate atque perpetuitate occupatum, non convertit ſe ad curam rerum humanarum: miſer quippe fuerit Deus, ſi opificis aut fabri in morem onera ſubeat, ſollicituſque ſit de mundo apparando. Rurſum is quem perhibent Deus, aut non fuit priore illo ſeculo, quo corpora ſive immobilia erant, ſive nullo ordine ciebantur: aut dormivit tum: aut vigilavit: aut neutrum horum. Primum admitti non poteſt: eſt enim Deus æternus. Neque ſecundum: ſi enim dormivit ab æterno, mortuus fuit: æternus enim ſomnus mors eſt: ſed ne capax quidem ſomni Deus eſt: magno enim intervallo diviſa ſunt immortalitas Dei, et res vicina morti. Quod ſi vigilavit; aut defuit ei aliquid ad felicitatem, aut perfecte fuit beatus. Prius eum felicem eſſe non ſineret: cui enim aliquid deeſt, felix non eſt. Abſurdum quoque eſt poſterius: ſi enim nihil ei deerat, inanis fuit rerum ſupervacanearum aggreſſio. Jam. ſi

D φροντίδι τὰ κατὰ ἄνθρωπον οἰκονομεῖται, τὸ μὲν κίβδηλον εὐτυχεῖ, τὸ δὲ ἀστεῖον τἀναντία πάσχει; Ἀγαμέμνων τε γὰρ,

Ἀμφότερον, βασιλεύς τ' ἀγαθὸς κρατερός τ' αἰχμητὴς,

ὑπὸ μοιχοῦ καὶ μοιχαλίδος ἡττηθεὶς ἐδολοφονήθη· καὶ ὁ τούτου δὲ συγγενὴς Ἡρακλῆς πολλὰ τῶν ἐπιλυμαινομένων τὸν ἀνθρώπινον βίον καθάρας, ὑπὸ Δηιανείρας φαρμακευθεὶς ἐδολοφονήθη.

Θαλῆς νοῦν τοῦ κόσμου θεόν.

Ἀναξίμανδρος τοὺς ἀστέρας οὐρανίους θεούς.

Δημόκριτος νοῦν τὸν θεὸν ἐμπυροειδῆ, τὴν τοῦ κόσμου ψυχήν.

E Πυθαγόρας τῶν ἀρχῶν τὴν μὲν μονάδα θεὸν, καὶ τἀγαθὸν, ἥτις ἐστὶν ἡ τοῦ ἑνὸς φύσις, αὐτὸς ὁ νοῦς· τὴν δ' ἀόριστον δυάδα, δαίμονα καὶ τὸ κακὸν, περὶ ἣν ἐστι τὸ ὑλικὸν πλῆθος· ἔστι δὲ καὶ ὁρατὸς ὁ κόσμος.

D. 11. ἐμπυροειδῆ] Euſeb. P. E. XV, 16, item T. V. ἐν πυρὶ σφαιροειδῆ. Galen. VIII, Stob. p. 2, ἐν πυρὶ σφαιροειδεῖ: quæ ſane melior eſt lectio.
E. 4. ἔστι δὲ καὶ ὁρατὸς ὁ κόσμος] Omiſit Stobæus. Euſebius non niſi δὲ omiſit: ut Ald. Baſ. Xyl. In Galeno totus hic de Pythagora locus deeſt. Legam, πλῆθος καὶ ὁ ὁρατὸς κόσμος.

Deus eſt, et ejus curis res humanæ temperantur, qui fit, quod malis bene eſt, bonis male? Nam Agamemnon quidem,

Rex bonus, atque idem clarus bellator in armis,

a mœcho et adultera per inſidias eſt occiſus: ejuſque gentilis Hercules cum multa mala humanam vitam infeſtantia aboleviſſet, Deianiræ veneficio et fraude periit.

Thales mentem mundi ſtatuit Deum.

Anaximander ſtellas cœleſtes Deos.

Democritus Deum in igne globoſo, mundi animam.

Pythagoras de principiis unitatem Deum, ac bonum, quæ ſit unius natura, ipſa mens: infinitam autem binarii naturam, genium et malum, unde eſt multitudo materiæ, et viſui expoſitus mundus.

Σωκράτης καὶ Πλάτων τὸ ἕν, τὸ μονοφυὲς, καὶ αὐτοφυὲς, τὸ μοναδικὸν, τὸ ὄντως ἀγαθόν· πάντα δὲ ταῦτα τῶν ὀνομάτων εἰς τὸν νοῦν σπεύδει· νοῦς οὖν ὁ θεὸς, χωριστὸν εἶδος, τουτέστι τὸ ἀμιγὲς πάσης ὕλης, μηδενὶ παθητῷ συμπεπλεγμένον.

Ἀριστοτέλης τὸν μὲν ἀνωτάτω θεὸν, εἶδος χωριστὸν, ἐπιβεβηκότα τῇ σφαίρᾳ τοῦ παντὸς, ἥτις ἐστὶν αἰθέριον F
σῶμα, ὃ πέμπτον ὑπ' αὐτοῦ καλούμενον· διῃρημένου δὲ τούτου κατὰ σφαίρας, τῇ μὲν φύσει συναφεῖς, τῷ λόγῳ δὲ κεχωρισμένας, ἑκάστην οἴεται τῶν σφαιρῶν ζῶον εἶναι σύνθετον ἐκ σώματος καὶ ψυχῆς, ὧν τὸ μὲν σῶμα ἐστὶν αἰθέριον κινούμενον κυκλοφορικῶς, ἡ ψυχὴ δὲ, λόγος ἀκίνητος, αἴτιος τῆς κινήσεως κατ' ἐνέργειαν.

Οἱ Στωϊκοὶ κοινότερον θεὸν ἀποφαίνονται, πῦρ τεχνικὸν ὁδῷ βαδίζον ἐπὶ γενέσει κόσμου ἐμπεριειληφότος πάντας τοὺς σπερματικοὺς λόγους, καθ' οὓς ἕκαστα καθ' εἱμαρμένην γίνεται· καὶ πνεῦμα μὲν διῆκον δι' ὅλου τοῦ κόσ- 882

Socrates et Plato unum ſingularis et per ſe ſubſiſtentis naturæ ac ſolitarium, re vera bonum: omnia autem hæc nomina ad mentem referuntur. Mens ergo eſt Deus, ſpecies ſeparata, ſincera ab omni materiæ admixtione et perpeſſionibus obnoxii.

Aristoteles ſupremum Deum ait eſſe ſpeciem ſeparatam, quæ inſiſtat globo Univerſi, qui globus corpus eſt æthereum, quintum ab eo nuncupatum: quod cum in orbes ſeu ſphæras ſit diviſum natura contiguas, ratione ſejunctas; harum quamvis exiſtimat eſſe animal ex anima et corpore compoſitum: quorum corpus æthereum ſit, et in orbem circumducatur, anima autem ratio immobilis, motum actu efficiens.

Stoici communius Deum pronunciant eſſe ignem artificioſum via ingredientem ad mundi procreationem, qui mundus in ſe contineat omnes ſeminales formas, ex quibus ſingula fato naſcantur. Ac ſpiritum quidem per totum

μου, τὰς δὲ προσηγορίας μεταλαμβάνον κατὰ τὰς τῆς ὕλης, δι' ἧς κεχώρηκε παραλλάξεις· θεὸν δὲ καὶ τὸν κόσμον καὶ τοὺς ἀστέρας καὶ τὴν γῆν· τὸν δ' ἀνωτάτω πάντων, νοῦν ἐν αἰθέρι.

Ἐπίκουρος ἀνθρωποειδεῖς μὲν πάντας τοὺς θεούς, λόγῳ δὲ πάντας τούτους θεωρητοὺς διὰ τὴν λεπτομέρειαν τῆς τῶν εἰδώλων φύσεως· ὁ δ' αὐτὸς ἄλλας τέσσαρας φύσεις κατὰ γένος ἀφθάρτους τάσδε, τὰ ἄτομα, τὸ κενόν, τὸ ἄπειρον, τὰς ὁμοιότητας, αὗται δὲ λέγονται ὁμοιομέρειαι καὶ στοιχεῖα.

B η'.

Περὶ δαιμόνων καὶ ἡρώων.

Παρακειμένως δὲ τῷ περὶ θεῶν λόγῳ τὸν περὶ δαιμόνων καὶ ἡρώων ἱστορητέον.

Θαλῆς, Πυθαγόρας, Πλάτων, οἱ Στωϊκοί, δαίμονας

A. 2. κατὰ τὰς τῆς ὕλης—παραλλάξεις] Ita e Galeno exhibui: quocum conſentit Stob. et Euſeb. niſi quod hic initio habet διὰ τὰς ὕλης: ille p. 3. διόλης τῆς ὕλης—παραλλάξαν: nam nunc in edit. Heeren. p. 66. recepta eſt Galeni lectio, excepto διὰ pro κατά. Porro κεχώρηκε item præbent E. M. Venet. Voſſ. Colleg. Nov. παραλλάξεις, iidem libri et præterea Moſc. T. P. Vulgo, δι' ὅλης τῆς ὕλης δι' ἧς κεχωρήκει παραλλάξει.

penetrare mundum, nomina autem a materiæ, quam pervadit, ſumere mutationibus. Ad hæc: Deum eſſe mundum, ſtellas, terram: ſupremum autem omnium Deorum eſſe mentem quæ eſt in æthere.

Epicurus omnibus Diis humanam formam tribuit, ſolaque eos ait cerni ratione, ob tenues partes et naturam ſimulacrorum. Idem alias quatuor naturas prodidit interitus expertes: Atomos, Inane, Infinitum, Partes Similares: quæ etiam elementa vocat.

VIII.

De Geniis et Heroibus.

Tractationi de Diis, adjiciamus narrationem de Geniis et Heroibus.

Thales, Pythagoras, Plato, Stoici, eſſe aiunt

ὑπάρχειν οὐσίας ψυχικάς· εἶναι δὲ καὶ ἥρωας τὰς κεχωρισμένας ψυχὰς τῶν σωμάτων· καὶ ἀγαθοὺς μὲν τὰς ἀγαθάς, κακοὺς δὲ τὰς φαύλας.

Ἐπίκουρος δὲ οὐδὲν τούτων ἐγκρίνει.

θ'.

Περὶ ὕλης.

Ὕλη ἐστὶ τὸ ὑποκείμενον πρῶτον γενέσει καὶ φθορᾷ C
καὶ ταῖς ἄλλαις μεταβολαῖς.

Οἱ ἀπὸ Θάλεω καὶ Πυθαγόρου καὶ οἱ Στωϊκοὶ τρεπτὴν καὶ ἀλλοιωτὴν καὶ μεταβλητὴν καὶ ῥευστὴν ὅλην δι' ὅλου τὴν ὕλην.

Οἱ ἀπὸ Δημοκρίτου, ἀπαθῆ τὰ πρῶτα, τὴν ἄτομον, καὶ τὸ κενόν, καὶ τὸ ἀσώματον.

Ἀριστοτέλης καὶ Πλάτων, τὴν ὕλην σωματοειδῆ, καὶ ἄμορφον, ἀνείδεον, ἀσχημάτιστον, ἄποιον μὲν ὅσον ἐπὶ τῇ ἰδίᾳ φύσει, δεξαμένην δὲ τῶν εἰδῶν, οἷον τιθήνην καὶ ἐκμαγεῖον καὶ μητέρα γενέσθαι. Οἱ δὲ ὕδωρ λέγοντες, ἢ γῆν, ἢ πῦρ, ἢ ἀέρα, τὴν ὕλην, οὐκέτι ἄμορφον αὐτὴν

Genios, ſubſtantias anima præditas: Heroes quoque eſſe animas a corporibus ſeparatas, bonos, ſi bonæ, malos, ſi malæ ſint.

Epicurus nihil horum admittit.

IX.

De Materia.

Materia eſt primum ortus interituſque ſubjectum, aliarumque mutationum.

Qui Thaletem et Pythagoram ſequuntur, et Stoici, mutabilem fluxamque tota ſuapte natura per Univerſum eam ſtatuunt.

Democriti ſectatores non affici prima, atomum, inane et incorporeum.

Aristoteles et Plato Materiam eſſe corpoream, formæ ſpecieique expertem, ac figuræ, qualitatis etiam ſuapte natura vacuam: ſed formarum receptaculum, tanquam nutricem et ſubjectum in quo rerum imagines impreſſu referantur, ac matricem. Qui pro Materia aquam, terram, ignem, aëremve ponunt, ii jam non informem Materiam,

λέγουσιν, ἀλλὰ σῶμα· οἱ δὲ τὰ ἀμερῆ, καὶ τὰς ἀτόμους, ἄμορφον.

ι.

Περὶ ἰδέας.

D Ἰδέα ἐστὶν οὐσία ἀσώματος, αὐτὴ μὲν μὴ ὑφεστῶσα καθ᾽ αὑτὴν, εἰκονίζουσα δὲ τὰς ἀμόρφους ὕλας, καὶ αἰτία γινομένη τῆς τούτων δείξεως.

Σωκράτης καὶ Πλάτων χωριστὰς τῆς ὕλης οὐσίας τὰς ἰδέας ὑπολαμβάνει ἐν τοῖς νοήμασι καὶ ἐν ταῖς φαντασίαις τοῦ θεοῦ, τουτέστι τοῦ νοῦ, ὑφεστώσας.

Ἀριστοτέλης δὲ εἴδη μὲν ἀπέλιπε καὶ ἰδέας, οὐ μὴν κεχωρισμένας τῆς ὕλης, ὃ ἐξ ὧν γεγονὸς τὸ ὑπὸ τοῦ θεοῦ.

E Οἱ ἀπὸ Ζήνωνος Στωϊκοὶ ἐννοήματα ἡμέτερα τὰς ἰδέας ἔφασαν.

D. 2. μὴ ὑφεστῶσα] Negationem habent omnes libri Plutarchei et Galen. omittunt Euſeb. Stob. Xylander delendam cenſet: delevit editor Lipſ. Mihi ſecus videtur: nam et Grammatica eam oppoſitionis ratio poſtulat: neque hic de Platonica Idea agitur.

D. 9. ὃ ἐξ ὧν—θεοῦ] Aliter, nec minus vitioſe Euſeb. XV, 45, ἔξω γεγονὼς τοῦ ὑπὸ τοῦ θεοῦ. Galenus omiſit: item Stobæus, is quidem in uberiorem divertens diſputationem. Mihi in mentem venit, ut proxime ad veram lectionem accedens conjectura, οὐδ᾽ εἰκόνας τοῦ γεγονότος ὑπὸ τοῦ θεοῦ.

ſed corpus ponunt: informem, qui individua corpora ſive atomos..

X.

De Idea.

Idea ſubſtantia eſt corporis expers, quæ cum per ſeſe ipſa quidem non ſubſiſtit, ſed tamen formæ expertem materiam informat, iiſque rebus cauſſam præbet ut exſiſtant ac monſtrari poſſint.

Socrates et Plato Ideas putaverunt a materia ſecerni, et in intellectu atque imaginatione Dei ſubſiſtere.

Aristoteles formas atque Ideas reliquit: non tamen a materia ſecretas, neque exempla rerum a Deo factarum.

Stoici, cujus ſectæ Zeno princeps fuit, noſtræ mentis conceptus Idearum nomine intelligunt.

ιά.

Περὶ αἰτίων.

Αἴτιόν ἐστι δι' ὃ τὸ ἀποτέλεσμα, ἢ δι' ὃ συμβαίνει τι.

Πλάτων τριχῶς τὸ αἴτιον· φησὶ γὰρ ὑφ' οὗ, ἐξ οὗ, πρὸς ὅ· κυριώτερον δὲ ἡγεῖται τὸ ὑφ' οὗ, τὸ δὲ ἦν τὸ ποιοῦν, ὅ ἐστι νοῦς.

Πυθαγόρας καὶ Ἀριστοτέλης τὰ μὲν πρῶτα αἴτια, ἀσώματα· τὰ δὲ κατὰ μετοχὴν ἢ κατὰ συμβεβηκὸς τῆς σωματικῆς ὑποστάσεως· ὥστε εἶναι τὸν κόσμον σῶμα.

Οἱ Στωϊκοὶ πάντα τὰ αἴτια, σωματικά· πνεύματα γάρ.

ιβ'.

Περὶ σωμάτων.

Σῶμά ἐστι τὸ τριχῆ διαστατὸν, πλάτει, βάθει, μήκει· ἢ ὄγκος ἀντίτυπος, ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ, ἢ τὸ κατέχον τόπον.

Πλάτων, ὃ μήτε βαρὺ μήτε κοῦφόν ἐστι τῇ φύσει, ἐν

L. 5. δι' ὃ] Additum ex Stob. Vulgo deeſt.
L. 9. καὶ Ἀριστοτέλης] Delendum videtur cum Stob. et Mez. particula καὶ abeſt in Colleg. Nov. et Moſc.

XI.

De Cauſſis.

Cauſſa eſt, cujus effectus eſt, aut a qua aliquid proficiſcitur.

Plato triplicem facit Cauſſam, Efficientem, Materiam, Finem. Principatum tamen efficienti defert, quæ eſt mens.

Pythagoras et Aristoteles primas cauſſas facit corporis exſortes, alias participatione aut per accidens ſubſtantiæ corporeæ, ita ut mundus ſit corpus.

Stoici omnes Cauſſas ſtatuunt corporeas: dicunt enim eſſe ſpiritus.

XII.

De Corporibus.

Corpus eſt quod tres habet dimenſiones, latitudinem, profunditatem, longitudinem: aut moles ſenſui per ſe renitens: aut quod locum occupat.

Platoni, quod neque grave eſt ſuapte natura, neque leve, dum ſuo proprio eſt in

γε τῷ οἰκείῳ τόπῳ ὑπάρχον· ἐν δὲ γε τῷ ἀλλοτρίῳ γενόμενον, τότε νεῦσιν ἴσχειν, ἐκ δὲ τῆς νεύσεως ῥοπὴν
883 ἤτοι πρὸς βαρύτητα ἢ κουφότητα.

Ἀριστοτέλης βαρύτατον μὲν εἶναι τὴν γῆν ἁπλῶς, κουφότατον δὲ, τὸ πῦρ· ἀέρα δὲ καὶ ὕδωρ, ἄλλοτ' ἄλλως.

Οἱ Στωϊκοὶ δύο μὲν ἐκ τῶν τεσσάρων στοιχείων κοῦφα, πῦρ καὶ ἀέρα, δύο δὲ βαρέα, ὕδωρ καὶ γῆν· κοῦφον γὰρ ὑπάρχει ὃ φύσει οὐ νεύει ἀπὸ τοῦ ἰδίου μέσου, βαρὺ δὲ τὸ εἰς μέσον· βαρὺ δὲ οὐκ ἔστι τὸ μέσον.

Ἐπίκουρος δὲ, ἀπερίληπτα εἶναι τὰ σώματα· καὶ τὰ πρῶτα δὲ, ἁπλᾶ, τὰ δὲ ἐξ ἐκείνων συγκρίματα, πάντα βάρος ἔχειν· κινεῖσθαι δὲ τὰ ἄτομα, τὸ μὲν κατὰ στάθμην, τὸ δὲ κατὰ παρέγκλισιν, τὰ δὲ ἄνω κινούμενα,
B κατὰ πληγὴν, κατὰ παλμόν.

A. 6. οὐ νεύει] Negatio delenda ut monuerunt Mez. Corſin. et deleta in ed. Lipſ. νεύει dedit Steph. et conſentiunt libri, exceptis Ald. Baſ. Xyl. Colleg. Nov. Moſc. qui dant νεύσει; quod expreſſerunt interpretes Bud. Amiot. Xyl. nos correximus.

A. 9. τὰ δὲ ἐξ ἐκείνων] Haud temere ſuſpectus fuit hic locus Corſino: igitur in Diſſ. cenſuit *Epicuri* nomen in *Democriti* nomen mutandum eſſe. Reiſkius prius δὲ in μὲν mutatum vult: qua mutatione nil proficimus. Equidem τὰ δὲ mutem in τά τε, ſententia quam in verſione reddidi.

B. 1. κατὰ παλμόν] Leniſſimum remedium eſt καὶ παλμόν. Mez. καὶ ὑπὸ

loco: cum vero eſt in alieno, tum id inclinari, inclinandoque momentum aut ad gravitatem aut ad levitatem adipiſci.

Aristotelis ſententia eſt, terram ſimpliciter eſſe graviſſimum, ignem leviſſimum: aërem et aquam alias aliter habere.

Stoici, duo de quatuor elementis levia eſſe, aërem et ignem: duo gravia, aquam et terram. Leve enim eſſe, quod natura fertur a medio: grave, quod ad medium: ipſum enim medium non eſt grave.

Epicurus incomprehenſibilia eſſe corpora: atque adeo prima ſimplicia, quæque ex his concreta ſint, omnia eſſe gravia: atomos moveri, alias ad perpendiculum, alias deflexione quadam: quæ ſurſum ferantur, alias ictu, alias vibratione.

ιγ΄.

Περὶ ἐλαχίστων.

Ἐμπεδοκλῆς πρὸ τῶν τεσσάρων στοιχείων θραύσματα ἐλάχιστα οἱονεὶ στοιχεῖα στοιχείων, ὁμοιομερῆ, ὅπερ ἐστὶ στρογγύλα.

Ἡράκλειτος ψηγμάτιά τινα ἐλάχιστα καὶ ἀμερῆ εἰσάγει.

ιδ΄.

Περὶ σχημάτων.

Σχῆμα, ἐστὶν ἐπιφάνεια καὶ περιγραφὴ καὶ πέρας σώματος.

Οἱ ἀπὸ Πυθαγόρου, σφαιρικὰ τὰ σώματα τῶν τεττάρων στοιχείων, μόνον δὲ τὸ ἀνώτατον πῦρ, κωνοειδές. C

ιε΄.

Περὶ χρωμάτων.

Χρῶμα, ἐστὶ ποιότης σώματος ὁρατή.

παλμοῦ: quod ex corrupto Stobæi ὑπὸ παλμὸν correxit: Heeren. ex D. Laert. repoſuit καὶ ἀποπαλμόν. At utrumque conſuetudini congruum. Vid. Gaſſend. Phyſ. T. I. Opp. 273. ſequ.

B. 5. στοιχεῖα στοιχείων] Sic M. eadem forma eſt infra cap. 17. Stob. στοιχεῖα πρὸ τῶν στοιχείων. Vulgo, στοιχεῖα πρὶν στοιχείων.

XIII.

De Minimis.

Empedocles ante quatuor elementa ponit quædam minutiſſima fragmenta, tanquam elementa elementis priora, ſimilarium partium et teretia.

Heraclitus ramenta quædam minima et diviſionem non admittentia introducit.

XIV.

De Figuris.

Figura ſuperficies eſt, et circumſcriptio atque terminus corporis.

Pythagorici quatuor elementorum corpora globoſa eſſe aiunt, igne demto, cui, ut ſupremo, turbinis formam tribuunt.

XV.

De Coloribus.

Color qualitas corporis eſt, quæ viſu poteſt percipi.

Οἱ Πυθαγόρειοι χροιὰν ἐκάλουν τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ σώματος.

Ἐμπεδοκλῆς τὸ τοῖς πόροις τῆς ὄψεως ἐναρμόττον.

Πλάτων φλόγα ἀπὸ τῶν σωμάτων, σύμμετρα μόρια ἔχουσαν πρὸς τὴν ὄψιν.

Ζήνων ὁ Στωϊκὸς τὰ χρώματα, πρώτους εἶναι σχηματισμοὺς τῆς ὕλης.

Οἱ ἀπὸ Πυθαγόρου τὰ γένη τῶν χρωμάτων, λευκόν
D τε καὶ μέλαν, ἐρυθρὸν, ὠχρόν· τὰς δὲ διαφορὰς τῶν χρωμάτων παρὰ τὰς ποιὰς μίξεις τῶν στοιχείων· τὰς δὲ τῶν ζώων, καὶ παρὰ τὰς ποικιλίας τῶν τροφῶν καὶ τῶν ἀέρων.

ιϛʹ.

Περὶ τομῆς σωμάτων.

Οἱ ἀπὸ Θάλεω καὶ Πυθαγόρου παθητὰ σώματα, καὶ τμητὰ εἰς ἄπειρον.

C. 5. ἐκάλουν] Sic Moſc. Galen. Stob. Vulgo, ἀνεκάλουν.
D. 3. τροφῶν] Sic Stob. Vulgo, τρόπων. Galen. Bud. Xyl. Voſſ. τόπων.

PYTHAGORICI colorem appellaverunt ſuperficiem corporis.

EMPEDOCLES, id quod congruit meatibus viſui inſervientibus.

PLATO flammam a corporibus emicantem, cujus partes proportione reſpondere viſui.

ZENO STOICUS colores primam materiæ figurationem eſſe dixit.

PYTHAGORICI coloris genera faciunt album, nigrum, rubrum, pallidum: diſcrimina colorum deducunt a certis mixtionibus elementorum: et in animalibus, ob varietates alimentorum atque aëris.

XVI.

De Sectione Corporum.

THALETIS et PYTHAGORÆ ſectatores, in infinitum progredi ſectionem eorum corporum, quæ motibus ſunt obnoxia.

Οἱ τὰς ἀτόμους ἢ τὰ ἀμερῆ, ἵςασθαι, καὶ μὴ εἰς ἄπειρον εἶναι τὴν τομήν.

Ἀριςοτέλης δυνάμει μὲν εἰς ἄπειρον, ἐντελεχείᾳ δὲ οὐδαμῶς.

ιζ′.

Περὶ μίξεως καὶ κράσεως.

Οἱ μὲν ἀρχαῖοι τὰς τῶν ςοιχείων μίξεις, κατ' ἀλλοίωσιν. 1

Οἱ δὲ περὶ Ἀναξαγόραν καὶ Δημόκριτον, κατὰ παράθεσιν.

Ἐμπεδοκλῆς δὲ ἐκ μικροτέρων ὄγκων τὰ ςοιχεῖα συγκρίνει, ἅπερ ἐςὶν ἐλάχιςα, καὶ οἱονεὶ ςοιχεῖα ςοιχείων.

Πλάτων τὰ μὲν τρία σώματα (οὐ γὰρ θέλει κυρίως αὐτὰ εἶναι ςοιχεῖα, ἢ προσονομάζειν) τρεπτὰ εἰς ἄλληλα, πῦρ, ἀέρα, ὕδωρ· τὴν δὲ γῆν, εἴς τι τούτων ἀμετάβλητον.

D. 9. Οἱ τὰς ἀτόμους] Sic M. et T. Vulgo, ἢ τὰς ἀτόμους. Vitioſo ἢ Mez. ſubſtituit Ξενοκράτης καὶ Διόδωρος εἰς, ſecutus, ut videtur Stobæum p. 33. Gaſſendus, teſte Corſino, Δημόκριτος δὲ καὶ Ἐπίκουρος.
D. 11. ἐντελεχείᾳ] Mez. Salmaſ. ἐνεργείᾳ.
E. 5. τὰ μὲν τρία] Sic Stob. Mez. Vulgo, μὲν τρία. Colleg. Nov. Moſc. item habent μὲν τὰ τρία.

Qui atomos ſeu individua ſtatuunt, volunt diviſionem ſubſiſtere nec in infinitum fieri.

Aristoteles facultate infinitam eſſe docet ſectionem corporum, ſed actu nequaquam.

XVII.

De Mixtione et Temperatione.

Veteres qualitatum mutatione cenſuerunt elementa miſceri.

Anaxagoras, et Democritus, eorumque aſſeclæ, juxta ſe invicem poſitione.

Empedocles ex minoribus molibus coaleſcere elementa, quæ ſint minimæ, ac tanquam elementorum elementa.

Plato tria quidem corpora (non enim vult ea eſſe elementa, aut appellare) inter ſe commutari, ignem, aërem, aquam: terram in horum ullum non poſſe permutari.

ιη'.

Περὶ κενοῦ.

Οἱ ἀπὸ Θάλεω φυσικοὶ πάντες μέχρι Πλάτωνος τὸ
F κενὸν ἀπέγνωσαν.

Ἐμπεδοκλῆς,

Οὐδέ τι τοῦ παντὸς κενὸν πέλει οὐδὲ περισσόν.

Λεύκιππος, Δημόκριτος, Δημήτριος, Μητρόδωρος, Ἐπίκουρος, τὰ μὲν ἄτομα, ἄπειρα τῷ πλήθει, τὸ δὲ κενὸν, ἄπειρον τῷ μεγέθει.

Οἱ Στωϊκοὶ, ἐντὸς τοῦ κόσμου οὐδὲν εἶναι κενὸν, ἔξωθεν δ' αὐτοῦ ἄπειρον.

Ἀριστοτέλης τοσοῦτον εἶναι τὸ κενὸν ἐκτὸς τοῦ κόσμου, ὥστε ἀναπνεῖν τὸν οὐρανόν· εἶναι γὰρ αὐτὸν πύρινον.

F. 3. Οὐδέ τι—περισσόν] Xylandri exemplum ſecutus ſum. Vulgo, et omnes libri, Οὐδέν τι τ. π. κενὸν π. οὐ. π.

F. 9. Ἀριστοτέλης τοσοῦτον] Epitomator hic turbavit locum, perperam excerpendis verbis: integrius et plenius excerptum ſervatum eſt ap. Stob. p. 38. Ariſtotelis non iſta eſt ſententia, ſed oratio ejuſdem reprehendentis hanc Pythagoricorum opinionem. Vidit etiam Corſin.

XVIII.

De Inani.

A Thalete ad Platonem uſque philoſophi naturam ſcrutantes, Inane eſſe negaverunt.

Empedocles ſic:

In mundo vacuum nihil eſt, nihil eſt quod abundet.

Leucippus, Democritus, Demetrius, Metrodorus, Epicurus, corpora ſectionem non admittentia dixerunt multitudine infinita, Inane autem magnitudine eſſe infinitum.

Stoici cenſuerunt nullum intra mundum eſſe Inane, ſed extra mundum eſſe.

Aristoteles tantum eſſe Inane extra mundum, ut reſpirare poſſit cœlum: eſſe enim hoc igneum.

ιθ'. 884

Περὶ τόπου.

Πλάτων, τὸ μεταληπτικὸν τῶν εἰδῶν, ὅπερ εἴρηκε μεταφορικῶς τὴν ὕλην, καθάπερ τινὰ τιθήνην καὶ δεξαμενήν.

Ἀριστοτέλης, τὸ ἔσχατον τοῦ περιέχοντος συνάπτον τῷ περιεχομένῳ.

κ'.

Περὶ χώρας.

Οἱ Στωϊκοὶ καὶ Ἐπίκουρος, διαφέρειν κενὸν, τόπον, χώραν· καὶ τὸ μὲν κενὸν, εἶναι ἐρημίαν σώματος· τὸν δὲ τόπον, τὸ ἐχόμενον ὑπὸ τοῦ σώματος· τὴν δὲ χώραν, τὸ ἐκ μέρους ἐχόμενον, ὥσπερ ἐπὶ τῆς τοῦ οἴνου πι- B
θάκνης.

κα'.

Περὶ χρόνου.

Πυθαγόρας, τὸν χρόνον, τὴν σφαῖραν τοῦ περιέχοντος εἶναι.

Πλάτων, αἰῶνος εἰκόνα κινητὴν, ἢ διάστημα τῆς τοῦ κόσμου κινήσεως.

XIX.

De Loco.

Plato id Locum vocavit, quod in ſe admitteret formas: idem tranſlatione vocans materiam, quæ quaſi nutrix ſit atque receptaculum.

Aristoteles, extremitatem corporis continentis, contiguam contento.

XX.

De Capacitate, ſeu Spatio.

Stoici et Epicurus differre volunt Inane, Locum, Capacitatem: et definiunt Inane vacuitate corporis: Locum, id quod a corpore occupetur: Capacitatem, quod partim a corpore impletur, ut dolium a vino.

XXI.

De Tempore.

Pythagoras ſenſit, Tempus eſſe globum extremi ambientis.

Plato, mobilem æternitatis imaginem, aut motus mundi intervallum.

Ἐρατοσθένης τὴν τοῦ ἡλίου πορείαν.

κβ′.

Περὶ οὐσίας χρόνου.

Πλάτων, οὐσίαν χρόνου τὴν τοῦ οὐρανοῦ κίνησιν.

Οἱ πλεῖστοι τῶν Στωϊκῶν αὐτὴν τὴν κίνησιν. Καὶ οἱ μὲν πλεῖστοι ἀγέννητον τὸν χρόνον· Πλάτων δὲ γεννητὸν κατ᾽ ἐπίνοιαν.

C

κγ′.

Περὶ κινήσεως.

Πυθαγόρας, Πλάτων, κίνησίς ἐστι διαφορά τις ἢ ἑτερότης ἐν ὕλῃ.

Ἀριστοτέλης, ἐντελέχεια κινητοῦ.

Δημόκριτος, ἓν γένος τῆς κινήσεως τὸ κατὰ παλμόν.

C. 5. κινητοῦ]. Addendum ἢ κινητὸν, judice Meziriaco: qui ex Stobæo hoc ſuſcepiſſe videtur p. 40. Ἀ. τὴν κίνησιν ἐνεργείαν εἶναι τοῦ δυνάμει κινητικοῦ, ἢ κινητικόν: poſtremum Cl. Heeren. ex cod. Par. exhibuit ἢ κινητοῦ. Sententia quidem requirit copulam, non disjunctionem. Vid. Ariſtot. Phyſ. III, 3. Itaque in Plut. addam καὶ κινητικοῦ.

C. 6. κατὰ παλμόν] Sumſi a Stobæo, ut melius vitioſo vulgato κατὰ πλάγιον, non ut verum; nam veram quidem lectionem conjeciſſe videtur κατὰ πληγὴν Creechius ad Lucret. II, 216.

Eratosthenes, Solis motum.

XXII.

De natura, ſeu, ſubſtantia, Temporis.

Eam Plato dicebat eſſe motum coeli.

Plerique Stoicorum, ipſum motum: necnon, temporis nullum fuiſſe exordium: Plato, intelligentia genitum.

XXIII.

De Motu.

Hanc Pythagoras ac Plato differentiam quandam aut diverſitatem eſſe in materia dixerunt.

Aristoteles, actum (ipſius vox eſt entelechia) rei mobilis.

Democritus, unum genus Motui dedit, ſecundum plagam.

Ἐπίκουρος, δύο εἴδη τῆς κινήσεως, τὸ κατὰ στάθμην, καὶ τὸ κατὰ παρέγκλισιν.

Ἡρόφιλος, κινήσεως τῆς μὲν, λόγῳ θεωρητὴν, τῆς δὲ, αἰσθητήν.

Ἡράκλειτος ἠρεμίαν μὲν καὶ στάσιν ἐκ τῶν ὅλων ἀνῄρει· ἔστι γὰρ τοῦτο τῶν νεκρῶν· κίνησιν δὲ ἀΐδιον μὲν τοῖς ἀϊδίοις, φθαρτὴν δὲ τοῖς φθαρτοῖς.

κδ'.

Περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς.

Παρμενίδης, Μέλισσος, Ζήνων, ἀνῄρουν γένεσιν καὶ D
φθοράν, διὰ τὸ νομίζειν τὸ πᾶν ἀκίνητον.

Ἐμπεδοκλῆς δὲ καὶ Ἐπίκουρος, καὶ πάντες ὅσοι κατὰ συναθροισμὸν τῶν λεπτομερῶν σωμάτων κοσμοποιοῦσι, συγκρίσεις μὲν καὶ διακρίσεις εἰσάγουσι, γενέσεις δὲ καὶ φθορὰς οὐ κυρίως· οὐ γὰρ κατὰ ποιὸν ἐξ ἀλλοιώσεως, κατὰ δὲ ποσὸν ἐκ συναθροισμοῦ ταύτας γίνεσθαι.

D. 3. ἔστι κατὰ] κατὰ pro vulgato μετὰ ſumſi a Xyl. T. Stob. M. E. Moſc.
D. 5. συγκρίσεις] Vulgo, καὶ συγκρίσεις: copulam delevi cum Stob.

Epicurus duas Motus ſpecies, ad perpendiculum, et ad declinationem.

Herophilus, Motum alium ſola mente intelligi, alium ſentiri.

Heraclitus quietem et ſtatum prorſus e natura ſuſtulit: hunc mortuorum eſſe dicens, Motum autem ſempiternum, tribuit ſempiternis, periturum perituris.

XXIV.

De Ortu et Interitu.

Parmenides, **Melissus**, **Zeno**, cum omnia motus expertia eſſe opinarentur, Ortum et Interitum prorſus negaverunt.

Empedocles, **Epicurus**, denique quotquot mundum e minutis conſtruunt particulis, ii concretiones quidem ac ſecretiones quaſdam introducunt, Ortus et Interitus eſſe negant: neque enim qualitates alterando, neque coacervatione incrementa fieri.

Πυθαγόρας καὶ πάντες ὅσοι παθητὴν τὴν ὕλην ὑποτίθενται, κυρίως γένεσιν καὶ φθορὰν γίνεσθαι· ἐκ γὰρ ἀλλοιώσεως στοιχείων καὶ τροπῆς καὶ ἀναλύσεως ταῦτα γίνεσθαι.

E κε'.

Περὶ ἀνάγκης.

Θαλῆς, ἰσχυρότατον ἀνάγκη· κρατεῖ γὰρ τοῦ παντός.

Πυθαγόρας, ἀνάγκην, ἔφη, περικεῖσθαι τῷ κόσμῳ.

Παρμενίδης καὶ Δημόκριτος πάντα κατ' ἀνάγκην· τὴν αὐτὴν δὲ εἶναι καὶ εἱμαρμένην, καὶ δίκην, καὶ πρόνοιαν, καὶ κοσμοποιόν.

κϛ'.

Περὶ οὐσίας ἀνάγκης.

F Πλάτων, τὰ μὲν εἰς πρόνοιαν ἄγει, τὰ δὲ εἰς ἀνάγκην.

Ἐμπεδοκλῆς οὐσίαν ἀνάγκης, αἰτίαν χρηστικὴν τῶν ἀρχῶν καὶ τῶν στοιχείων.

D. 10. ταῦτα] Mez. πάντα.

PYTHAGORAS, et quotquot materiam perpeſſionibus obnoxiam ponunt, ii proprie Ortus et Interitus eſſe affirmant: res enim alteratione, mutatione, et reſolutione elementorum fieri.

XXV.

De Neceſſitate.

THALETIS eſt: validiſſima omnium eſt Neceſſitas: omnia enim ei ſubſunt.

PYTHAGORAS aiebat mundo circumdatam eſſe Neceſſitatem.

PARMENIDES, et DEMOCRITUS omnia fieri ex Neceſſitate, eandemque eſſe Fatum, Juſtitiam, Providentiam, mundi effectricem.

XXVI.

De natura, ſive ſubſtantia Neceſſitatis.

PLATO quædam ad providentiam, quædam ad Neceſſitatem revocat.

EMPEDOCLES naturam Neceſſitatis cauſſam eſſe ait, quæ utatur principiis et elementis.

Δημόκριτος τὴν ἀντιτυπίαν, καὶ τὴν φορὰν καὶ πληγὴν τῆς ὕλης.

Πλάτων ὅτε μὲν τὴν ὕλην, ὅτε δὲ τὴν τοῦ ποιοῦντος πρὸς τὴν ὕλην σχέσιν.

κζ.

Περὶ εἱμαρμένης.

Ἡράκλειτος πάντα καθ' εἱμαρμένην, τὴν δὲ αὐτὴν ὑπάρχειν καὶ ἀνάγκην.

Πλάτων ἐγκρίνει μὲν τὴν εἱμαρμένην ἐπὶ τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν καὶ βίων, συνεισάγει δὲ καὶ τὴν παρ' ἡμᾶς αἰτίαν.

Οἱ Στωϊκοὶ Πλάτωνι ἐμφερῶς, καὶ τὴν μὲν ἀνάγκην ἀνίκητόν φασιν αἰτίαν καὶ βιαστικήν, τὴν δὲ εἱμαρμένην συμπλοκὴν αἰτιῶν τεταγμένην, ἐν ᾗ συμπλοκῇ καὶ τὸ παρ' ἡμᾶς, ὥστε τὰ μὲν εἱμάρθαι, τὰ δὲ ἀνειμάρθαι.

κη.

Περὶ οὐσίας εἱμαρμένης.

Ἡράκλειτος οὐσίαν εἱμαρμένης, λόγον τὸν διὰ τῆς

F. 4. φορὰν] Dedimus hoc ex Galeno X, 10, jam Xylandro probatum. Vulgo, φθοράν.

DEMOCRITUS reniſum, lationem, et percuſſionem materiae.

PLATO alias materiam, alias effectricis cauſſae habitum ad materiam.

XXVII.

De Fato.

HERACLITUS omnia Fato fieri dixit: idque idem eſſe ac Neceſſitatem.

PLATO admittit quidem fatum in humana vita atque actionibus: addit tamen cauſſas a nobis profectas.

STOICI, hac in re Platonis ſimiles, neceſſitatem aiunt cauſſam eſſe immobilem et violentam: Fatum vero connexum eſſe cauſſarum ordine contentum, quo etiam includantur ea quae ſunt in poteſtate noſtra; ita ut alia Fatalia debeant haberi, alia non Fatalia.

XXVIII.

De natura Fati.

HERACLITUS Fati ſubſtantiam eſſe ait rationem quae

ὐσίας τῦ παντὸς διήκοντα· αὕτη δέ ἐϛι τὸ αἰθέριον σῶμα, σπέρμα τῆς τῦ παντὸς γενέσεως.

Πλάτων λόγον ἀΐδιον καὶ νόμον ἀΐδιον τῆς τῦ παντὸς φύσεως.

B Χρύσιππος δύναμιν πνευματικὴν τάξει τῦ παντὸς διοικητικήν· καὶ πάλιν ἐν τοῖς Ὅροις, "Εἱμαρμένη ἐϛὶν "ὁ τῦ κόσμυ λόγος, ἢ νόμος τῶν ἐν τῷ κόσμῳ, "προνοίᾳ διοικουμένων· ἢ λόγος καθ' ὃν τὰ μὲν γεγο-"νότα γέγονε, τὰ δὲ γινόμενα γίνεται, τὰ δὲ γενη-"σόμενα γενήσεται."

Οἱ Στωϊκοὶ, εἱρμὸν αἰτιῶν, τυτέϛι τάξιν καὶ ἐπισύνδεσιν ἀπαράβατον.

Ποσειδώνιος τρίτην ἀπὸ Διός· πρῶτον μὲν γὰρ εἶναι τὸν Δία, δεύτερον τὴν φύσιν, τρίτον δὲ τὴν εἱμαρμένην.

κθ'.

Περὶ τύχης.

C Πλάτων αἰτίαν ἐν προαιρετικοῖς κατὰ συμβεβηκὸς, καὶ παρακολύθημα.

per univerſi naturam tranſeat: ipſa autem ſit æthereum corpus, ſemen procreationis univerſi.

Plato rationem legemque æternam naturæ univerſi.

Chrysippus facultatem ſpiritalem, quæ totum mundum ordine diſponat. Idem in Definitionibus, *Fatum*, inquit, *mundi eſt ratio, aut lex eorum quæ ſunt in mundo, ac providentia adminiſtrantur: aut, ratio, ſecundum quam et quæ fuere, facta ſunt, et fiunt quæ fiunt: et fient ea quæ erunt.*

Stoici ſeriem cauſſarum, id eſt, ordinem et nexum inviolabilem.

Posidonius tertium a Jove locum tribuit: primum enim Jovi adſignat, ſecundum naturæ, tertium Fato.

XXIX.

De Fortuna.

Hanc Plato ait cauſſam per accidens eſſe et conſequi inopinato in iis, quæ conſilio inſtitutoque hominum ſuſpiciuntur.

Ἀριστοτέλης αἰτίαν κατὰ συμβεβηκὸς ἐν τοῖς καθ' ὁρμὴν ἕνεκά τινος γινομένοις, ἄδηλον καὶ ἄστατον· διαφέρειν δὲ τῆς τύχης τὸ αὐτόματον· τὸ μὲν γὰρ ἀπὸ τύχης καὶ ταὐτομάτου εἶναι ἐν τοῖς πρακτέοις πάντως· τὸ δ' αὐτόματον, οὐκ ἀπὸ τύχης· ἐν γὰρ τοῖς ἔξω πράξεως· καὶ τὸ μὲν τύχην, τῶν λογικῶν· τὸ δὲ αὐτόματον, καὶ τῶν λογικῶν καὶ τῶν ἀλόγων ζώων καὶ τῶν ἀψύχων σωμάτων.

Ἐπίκουρος ἀσύστατον αἰτίαν προσώποις, χρόνοις, τρόποις.

Ἀναξαγόρας καὶ οἱ Στωϊκοὶ ἄδηλον αἰτίαν ἀνθρωπίνῳ λογισμῷ· ἃ μὲν γὰρ εἶναι κατ' ἀνάγκην, ἃ δὲ καθ' εἱμαρμένην, ἃ δὲ κατὰ προαίρεσιν, ἃ δὲ κατὰ τύχην, ἃ δὲ κατὰ τὸ αὐτόματον. D

λ'.

Περὶ φύσεως.

Ἐμπεδοκλῆς φύσιν μηδὲν εἶναι, μίξιν δὲ τῶν στοιχείων

C. 7. οὐκ ἀπὸ τύχης] Mez. οὐ πᾶν τύχης.

Aristoteles cauſſam per accidens in his, quæ, appetitu movente, finis cauſſa aguntur: incertam eam, et inſtabilem. Porro Fortunam a caſu differre: cum illa in actionibus locum habeat duntaxat, caſumque admittat: caſus autem Fortunæ locum non det ſemper; quippe cum caſus et in ratione præditis, et in brutis, adeoque etiam inanimatis locum habeat: Fortuna non, niſi ubi ratio ineſt.

Epicurus cauſſam eſſe dixit inſtabilem, ob mutationem perſonarum, temporum, morum.

Anaxagoras et Stoici, cauſſam dicunt eſſe quæ humana ratiocinatione cognoſci nequeat. Fieri enim alia neceſſario, alia Fato, alia inſtituto animi, alia forte Fortuna, alia caſu.

XXX.

De Natura.

Empedocli viſum fuit, nihil eſſe Naturam, niſi permixtionem et divulſionem ele-

καὶ διαστάσιν· γράφει γὰρ οὕτως ἐν τῷ πρώτῳ φυσικῷ,

> Ἄλλο δέ τοι ἐρέω· φύσις οὐδενός ἐστιν ἁπάντων
> Θνητῶν, οὐδέ τις οὐλομένου θανάτοιο τελευτὴ,
> Ἀλλὰ μόνον μίξις τε διάλλαξίς τε μιγέντων
> Ἐστί· φύσις δὲ βροτοῖς ὀνομάζεται ἀνθρώποισιν.

Ἀναξαγόρας ὁμοίως τὴν φύσιν, σύγκρισιν καὶ διάκρισιν, τουτέστι γένεσιν καὶ φθοράν.

D. 6. οὐδενός] Sic Plutarch. Adv. Colot. p. 1111. F. Vulgo, οὐδέν.

mentorum. Sic enim ſcribit in primo libro de Naturali philoſophia,

> *Jam quod naturam mortales nomine dicunt,*
> *Hoc nihil eſt: neque enim mortem natura, vel ortum*
> *Humano præbet generi: nam mixtio tantum,*
> *Mixtorumque ſubeſt quædam ſecretio rebus,*
> *Idque homines vulgo Naturam dicere ſuêrunt.*

Itidem ANAXAGORAS concretionem, et ſecretionem, id eſt, ortum et interitum, Naturæ nomine intelligebat.

186 # ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

ΠΕΡΙ

ΤΩΝ ΑΡΕΣΚΟΝΤΩΝ ΤΟΙΣ ΦΙΛΟΣΟΦΟΙΣ

ΒΙΒΛΙΟΝ ΔΕΥΤΕΡΟΝ.

PLUTARCHI

DE

PLACITIS PHILOSOPHORUM

LIBER SECUNDUS.

B ΤΕΤΕΛΕΚΩΣ τοίνυν τὸν περὶ ἀρχῶν καὶ στοιχείων, καὶ τῶν συνεδρευόντων αὐτοῖς λόγον, τρέψομαι πρὸς τὸν περὶ τῶν ἀποτελεσμάτων, ἀπὸ τοῦ περιεκτικωτάτου πάντων ἐνστησάμενος.

B. 2. πρὸς τὸν περὶ] περὶ, pro vulgato ἐπὶ, recepimus ex Mez. et margine Voſſ.

ABSOLUTA relatione de principiis, elementis, et aliis quæ ad eandem pertinent claſſem, ad effecta proinde me convertam, ordiarque ab eo quod omnia reliqua continet.

α'.

Περὶ κόσμου.

Πυθαγόρας πρῶτος ὠνόμασε τὴν τῶν ὅλων περιοχὴν, κόσμον, ἐκ τῆς ἐν αὐτῷ τάξεως.

Θαλῆς καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ, ἕνα τὸν κόσμον.

Δημόκριτος καὶ Ἐπίκουρος καὶ ὁ τούτων μαθητὴς C
Μητρόδωρος, ἀπείρους κόσμους ἐν τῷ ἀπείρῳ κατὰ πᾶσαν περίστασιν.

Ἐμπεδοκλῆς τὴν τοῦ ἡλίου περιδρομὴν εἶναι περιγραφὴν τοῦ κόσμου, καὶ τοῦτο πέρας αὐτοῦ.

Σέλευκος ἄπειρον τὸν κόσμον.

Διογένης τὸ μὲν πᾶν, ἄπειρον, τὸν δὲ κόσμον πεπεράνθαι.

Οἱ Στωϊκοὶ, διαφέρειν τὸ πᾶν καὶ τὸ ὅλον· πᾶν μὲν

B. 9. καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ] Omittit Galen. probante Corſino. Omnes alii libri habent; item Cyrillus Adv. Julian. II. p. 46. B. Equidem compilatori hoc relinquam, nec omnia ad rationem in eo exigam.

C. 1. τούτων μαθητὴς Μητρόδωρος.] Præferam τούτου μ. M. ut eſt apud Cyrillum l. m. Minus probem Galeni—τούτου καθηγητὴς Λεύκιππος. Reſpicitur ad illam Metrodori opinionem ſupra memoratam I, 5.

I.

De Mundo.

Pythagoras primus complexum univerſi affecit Mundi nomine, propter ordinem qui in eo eſt. Græca enim vox *Koſmos*, ordinem ornatumque ſignificat.

Thales et ejus ſectatores, unum cenſuerunt eſſe Mundum.

Democritus, Epicurus, et diſcipulus eorum Metrodorus, infinitos Mundos in infinito, ſecundum omnes circumſtantias.

Empedocles Solis converſione Mundum circumſcribi ait, huncque eſſe ejus finem.

Seleucus infinitum Mundum.

Diogenes Univerſum infinitum, Mundum autem finitum.

Stoici diſcrimen ſtatuunt inter Univerſum et Totum. Univerſum enim eſſe infini-

γὰρ εἶναι τὸ σὺν κενῷ ἄπειρον, ὅλον δὲ χωρὶς τοῦ κενοῦ τὸν κόσμον· ὥστε οὐ τὸ αὐτὸ εἶναι τὸ πᾶν ϗ τὸν κόσμον.

β'.

Περὶ σχήματος κόσμου.

Οἱ μὲν Στωϊκοὶ σφαιροειδῆ τὸν κόσμον· ἄλλοι δὲ,
D κωνοειδῆ· οἱ δὲ, ᾠοειδῆ.

Ἐπίκουρος δὲ, ἐνδέχεσθαι μὲν εἶναι σφαιροειδεῖς τοὺς κόσμους, ἐνδέχεσθαι δὲ καὶ ἑτέροις σχήμασι κεχρῆσθαι.

γ'.

Εἰ ἔμψυχος ὁ κόσμος.

Οἱ μὲν ἄλλοι πάντες ἔμψυχον τὸν κόσμον ϗ προνοίᾳ διοικούμενον.

Δημόκριτος δὲ ϗ Ἐπίκουρος ϗ ὅσοι τὰ ἄτομα εἰσηγοῦνται ϗ τὸ κενὸν, οὔτε ἔμψυχον, οὔτε προνοίᾳ διοικεῖσθαι, φύσει δέ τινι ἀλόγῳ.

Ç. 11. τὸ πᾶν ϗ τὸν κόσμον] Sic Jannot. Schott. T. V. Mez. Vulgo pro πᾶν eſt ὅλον: atque ita omnes reliqui libri cum Galen. et Cyrill. At margo Voſſ. delet οὐ: haud abſurde.

C. 13. Περὶ σχήματος κόσμου] κόσμου, quod vulgo abeſt, addidimus ex Galen. Venet. Moſc. Bud. T. V.

tum adjuncto inani, Totum autem eſſe Mundum ſeorſim ab inani: itaque non idem eſſe Univerſum et Mundum.

II.

De Figura Mundi.

Stoici globi figuram Mundo adſignant, alii turbinis, ovi quidam.

Epicurus, poſſe Mundos eſſe globoſos, poſſe etiam alia eſſe figura.

III.

An Mundus animatus ſit.

Reliqui omnes ſentiunt Mundum animatum eſſe et providentia gubernari.

Democritus autem, Epicurus, et qui præter hos inane et atomos introducunt, et animæ expertem Mundum faciunt, neque providentia, ſed natura quadam bruta, adminiſtrari aiunt.

Ἀριστοτέλης οὔτ' ἔμψυχον ὅλον δι' ὅλων, οὔτε μὴν αἰσθητικόν, οὔτε λογικόν, οὔτε νοερόν, οὔτε προνοίᾳ διοικούμενον· τὰ μὲν γὰρ οὐράνια τούτων ἁπάντων κοινωνεῖν, σφαίρας γὰρ περιέχειν ἐμψύχους ϗ ζωτικάς· τὰ δὲ περίγεια μηδενὸς αὐτῶν, τῆς δ' εὐταξίας κατὰ συμβεβηκός, οὐ προηγουμένως, μετέχειν.

δ'.

Εἰ ἄφθαρτος ὁ κόσμος.

Πυθαγόρας ϗ Πλάτων, γεννητὸν ὑπὸ θεοῦ τὸν κόσμον· καὶ φθαρτὸν μὲν, ὅσον ἐπὶ τῇ φύσει, αἰσθητὸν γὰρ εἶναι διὰ τὸ σωματικόν· οὐ μὴν φθαρησόμενόν γε, προνοίᾳ καὶ συνοχῇ θεοῦ.

Ἐπίκουρος φθαρτόν, ὅτι καὶ γεννητόν, ὡς ζῶον, ὡς φυτόν.

D. 12. ὅλον δι' ὅλων] Præſtat ὅλον δι' ὅλου, ut Stob. p. 48. Galenus pejus etiam ὅλον δι' ὅλον. In vulgata omnes reliqui, et Euſebius adeo, conſentiunt.

E. 7. Πυθαγόρας ϗ Πλάτων] Πυθαγόρας καὶ οἱ Στωϊκοί, Voſſ. Moſc. T. V. P. Bud. Πυθαγόρας, ϗ Πλάτων, καὶ οἱ Στωϊκοί, Euſeb. Venet. Colleg. Nov. quæ lectio præferenda aliis. Stobæus non niſi Πυθαγόρας habet.

Aristoteles neque animatum totum per omnes partes dicit, neque ſenſu, ratione aut mente præditum, neque a providentia temperari. Nam cœleſtibus quidem hæc omnia adeſſe, quod orbibus contineantur animatis atque animalibus. Terreſtria autem omnibus iſtis carere: et ordinem per accidens iis, non per ſe aut a cauſſa antegreſſa contingere.

IV.

An expers interitus ſit Mundus.

Pythagoras et Plato Mundum a Deo factum arbitrati ſunt, et quod ad naturam attinet, obnoxium interitui, quia corporeus, ideoque ſenſibus ſit expoſitus: non autem periturum, providentia eum et Deo continente.

Epicurus caducum, quia ortus, ut animal, ut ſtirpem.

F Ξενοφάνης, ἀγένητον καὶ ἀΐδιον καὶ ἄφθαρτον τὸν κόσμον.

Ἀριστοτέλης τὸ ὑπὸ τὴν σελήνην τοῦ κόσμου μέρος παθητόν, ἐν ᾧ καὶ τὰ περίγεια κηραίνεται.

έ.

Πόθεν τρέφεται ὁ κόσμος.

Ἀριστοτέλης, Εἰ τρέφεται ὁ κόσμος, καὶ φθαρήσεται· ἀλλὰ μὴν οὐδεμιᾶς τινος ἐπιδεῖται τροφῆς· διὰ τοῦτο καὶ ἀΐδιος.

187 Πλάτων, αὐτὸν αὑτῷ τὸν κόσμον ἐκ τοῦ φθίνοντος κατὰ μεταβολὴν τὸ τρέφον παρέχεσθαι.

Φιλόλαος, διττὴν εἶναι τὴν φθοράν, τοτὲ μὲν ἐξ οὐρανοῦ πυρὸς ῥυέντος, τοτὲ δὲ ἐξ ὕδατος σεληνιακοῦ, περιστροφῇ τοῦ ἀέρος ἀποχυθέντος· καὶ τούτων εἶναι τὰς ἀναθυμιάσεις τροφὰς τοῦ κόσμου.

ς'.

Ἀπὸ ποίου στοιχείου ἤρξατο κοσμοποιεῖν ὁ θεός.

Οἱ Φυσικοὶ ἀπὸ γῆς ἄρξασθαί φασι τὴν γένεσιν

A. 9. Φυσικοὶ] Stoicis hæc tribuit Stob. p. 47. Sane Στωϊκοὶ veriſimilior judicanda eſt lectio, ut monuit Corſinus.

Xenophanes, neque ortum, et ſempiternum, ac nunquam interiturum.

Aristoteles partem Mundi quæ infra Lunam eſt, affectionibus obnoxiam, in qua parte etiam terreſtria ſuas patiuntur mutationes.

V.

Unde alatur Mundus.

Aristoteles ſic: Si alitur Mundus, etiam peribit: at nullo indiget nutrimento; eſt ergo ſempiternus.

Plato, ipſum Mundum ſibi mutatione eorum quæ intereunt ſuppeditare nutrimentum.

Philolaus, duplicem eſſe interitum, unum igne cœlitus defluente, alterum lunari aqua per revolutionem aëris effuſa: atque horum exhalationes eſſe alimentum Mundi.

VI.

A quo elemento Mundi opificium ſit orſus Deus.

Physici a terra inchoaſſe

τοῦ κόσμου, καθάπερ ἀπὸ κέντρου· ἀρχὴ δὲ σφαίρας τὸ κέντρον.

Πυθαγόρας ἀπὸ πυρὸς καὶ τοῦ πέμπτου στοιχείου.

Ἐμπεδοκλῆς τὸν μὲν αἰθέρα, πρῶτον διακριθῆναι·
δεύτερον δὲ, τὸ πῦρ· ἐφ' ᾧ τὴν γῆν· ἐξ ἧς ἄγαν περι- B
σφιγγομένης τῇ ῥύμῃ τῆς περιφορᾶς, ἀναβλύσαι τὸ ὕδωρ·
ἐξ οὗ θυμιαθῆναι τὸν ἀέρα, καὶ γενέσθαι τὸν μὲν οὐρανὸν ἐκ
τοῦ αἰθέρος, τὸν δὲ ἥλιον ἐκ πυρὸς, πιληθῆναι δὲ ἐκ τῶν
ἄλλων τὰ περίγεια.

Πλάτων τὸν ὁρατὸν κόσμον γεγονέναι πρὸς παράδειγμα τοῦ νοητοῦ κόσμου· τοῦ δὲ ὁρατοῦ κόσμου προτέραν μὲν τὴν ψυχὴν, μετὰ δὲ ταύτην τὸ σωματοειδὲς, τὸ ἐκ πυρὸς μὲν καὶ τῆς γῆς πρῶτον, ὕδατος δὲ καὶ ἀέρος δεύτερον.

Πυθαγόρας, πέντε σχημάτων ὄντων στερεῶν, ἅπερ κα-
λεῖται καὶ μαθηματικὰ, ἐκ μὲν τοῦ κύβου φησὶ γεγονέναι
τὴν γῆν, ἐκ δὲ τῆς πυραμίδος τὸ πῦρ, ἐκ δὲ τοῦ ὀκ- C

A. 12. καὶ τοῦ πέμπτου στοιχείου] Omiſit hæc Galenus: recte, judice Corſino.

aiunt Mundi ortum tanquam e centro. Eſt enim centrum, globi initium.

Pythagoras ab igne et quinto elemento.

Empedocles primo fuiſſe ſecretum ætherem, deinde ignem, poſt terram, qua nimis in arctum coacta ob impetum circumagitationis, aqua ebullierit: ex hac aërem exhalaſſe: ac cœlum quidem ex æthere natum, Solem ex igne: reliqua circa terram quæ ſunt, condenſata coiiſſe ex reliquis.

Plato ait, viſibilem Mundum factum ad exemplum ejus qui in mente fuit: ejus viſibilis Mundi priorem tempore partem exſtitiſſe animam, poſt corporea, quæ primo ex igni et terra, poſteriore loco ex aqua et aëre coaluerint.

Pythagoras, cum ſint quinque formæ ſolidorum corporum (*mathematica* etiam hæc vocantur) e cubo ortam ait terram, e pyramide ignem,

παέδρου τὸν ἀέρα, ἐκ δὲ τοῦ εἰκοσαέδρου τὸ ὕδωρ, ἐκ δὲ τοῦ δωδεκαέδρου τὴν τοῦ παντὸς σφαῖραν.

Πλάτων δὲ καὶ ἐν τούτοις πυθαγορίζει.

ζʹ.

Περὶ τάξεως τοῦ κόσμου.

Παρμενίδης στεφάνας εἶναι περιπεπλεγμένας, ἐπαλλήλους, τὴν μὲν ἐκ τοῦ ἀραιοῦ, τὴν δὲ ἐκ τοῦ πυκνοῦ· μικτὰς δὲ ἀλλήλαις ἐκ φωτὸς καὶ σκότους, μεταξὺ τούτων· καὶ τὸ περιέχον δὲ πάσας, τείχους δίκην στερεὸν ὑπάρχειν.

D Λεύκιππος καὶ Δημόκριτος χιτῶνα κύκλῳ καὶ ὑμένα περιτείνουσι τῷ κόσμῳ.

Ἐπίκουρος ἐνίων μὲν κόσμων ἀραιὸν τὸ πέρας, ἐνίων δὲ πυκνόν· καὶ τούτων τὰ μέν τινα, κινούμενα, τὰ δὲ, ἀκίνητα.

Πλάτων πῦρ πρῶτον, εἶτα αἰθέρα, μεθ' ὃν ἀέρα, ἐφ' ᾧ ὕδωρ, τελευταίαν δὲ γῆν· ἐνίοτε δὲ τὸν αἰθέρα τῷ πυρὶ συνάπτει.

C. 9. ἀλλήλαις] Jun. ἄλλας, ut Xyl. edidit ex Euſebio: item Stobæus, et totum hunc locum pleniorem habet.

ex octo baſium corpore aërem, e viginti baſium forma aquam, e duodecim baſium ſolido globum Univerſi.

Plato in his quoque Pythagoram imitatur.

VII.

De ordine Mundi.

Parmenides corollas ait eſſe crebras inter ſe conſertas, unam ex raro, alteram e denſo: his interjectas alias, ex lumine et tenebris mixtas: eſſe autem ſolidum quidpiam inſtar muri, quod iſtas omnes corollas contineat.

Leucippus et Democritus Mundo in orbem tunicam atque membranam circumtendunt.

Epicurus quorumdam mundorum extrema rara, quorumdam denſa, et mobilia alia, alia immobilia ſtatuit.

Plato ignem primo loco ſtatuit, proximo ætherem, deinde aërem, poſt hunc aquam, poſtremo terram: interdum ætherem igni conjungit.

Ἀριστοτέλης πρῶτον μὲν ἀέρα ἀπαθῆ, πέμπτον δέ τι σῶμα· μεθ' ὃ παθητὰ, πῦρ, ἀέρα, ὕδωρ· τελευταίαν δὲ γῆν· τούτων δὲ τοῖς μὲν οὐρανίοις ἀποδιδόσθαι τὴν κυκλικὴν κίνησιν· τῶν δ' ὑπ' ἐκεῖνα τεταγμένων, τοῖς μὲν κούφοις, τὴν ἄνω· τοῖς δὲ βαρέσι, τὴν κάτω.

Ἐμπεδοκλῆς μὴ διὰ παντὸς ἑστάναι, μηδ' ὡρισμένους τοὺς τόπους τῶν στοιχείων, ἀλλὰ πάντα πως ἀλλήλων μεταλαμβάνειν.

η'.

Τίς ἡ αἰτία τοῦ τὸν κόσμον ἐγκεκλίσθαι.

Διογένης, Ἀναξαγόρας, μετὰ τὸ συστῆναι τὸν κόσμον, καὶ τὰ ζῶα ἐκ τῆς γῆς ἐξαγαγεῖν, ἐγκλιθῆναί πως τὸν κόσμον, ἐκ τοῦ αὐτομάτου ἐς τὸ μεσημβρινὸν αὐτοῦ μέρος· ἴσως ὑπὸ προνοίας, ἵνα ἃ μέν τινα ἀοίκητα γένηται, ἃ δὲ οἰκητὰ μέρη τοῦ κόσμου, κατὰ ψύξιν καὶ ἐκπύρωσιν καὶ εὐκρασίαν.

D. 8. ἀέρα ἀπαθῆ] αἰθέρα Euſeb. Stob. Jun. Mez. Rectius. Mox pro δὲ, Euſeb. γε quod recepit Xyl. poterat et δὴ ſcripſiſſe auctor. Stobæus τε habet poſt πέμπτον, quod codex Aug. omittit.

D. 10. ἀποδιδόσθαι] Sic Euſeb. et Moſc. Vulgo, ἀποδιδόναι.

Aristoteles primo ætherem omnis exſortem perpeſſionis, quintum ſcilicet corpus: deinceps obnoxia motibus, ignem, aërem, aquam, denique terram. Horum cœleſtibus motum circularem adſignatum eſſe: inferioribus, quæ quidem levia ſunt, ſurſum: quæ gravia, deorſum lationem.

Empedocles non perpetuo aut definitis locis repoſita elementa dicit, ſed quodvis in cujuſvis locum ſuccedere.

VIII.

Quæ cauſſa ſit inclinationis Mundo.

Diogenes, et Anaxagoras, poſtquam Mundus conſtitutus fuit, et e terra produxit animalia, quodammodo inclinatum Mundum fortuito cenſent in auſtrinas partes: fortaſſis providentia ſic ſatagente, ut Mundi partes quædam habitari, aliæ non poſſent, ratione gelu, ardoris, commodæ temperiei.

F Ἐμπεδοκλῆς, τοῦ ἀέρος εἴξαντος τῇ τοῦ ἡλίου ὁρμῇ, ἐγκλιθῆναι τὰς ἄρκτους, καὶ τὰ μὲν βόρεια ὑψωθῆναι, τὰ δὲ νότια ταπεινωθῆναι, καθ᾽ ὃ καὶ τὸν ὅλον κόσμον.

θ'.

Περὶ τοῦ ἐκτὸς τοῦ κόσμου, εἰ ἔστι κενόν.

Οἱ μὲν ἀπὸ Πυθαγόρου, ἐκτὸς εἶναι τοῦ κόσμου κενὸν, εἰς ὃ ἀναπνεῖ ὁ κόσμος, καὶ ἐξ οὗ.

88 Οἱ δὲ Στωϊκοὶ εἰς ὃ κατὰ τὴν ἐκπύρωσιν ἀναλύεται τὸ ἄπειρον.

Ποσειδώνιος, οὐκ ἄπειρον, ἀλλ᾽ ὅσον αὔταρκες εἰς τὴν διάλυσιν, ἐν τῷ πρώτῳ περὶ Κενοῦ.

Ἀριστοτέλης μηδὲν εἶναι κενόν.

Πλάτων, μήτε ἐκτὸς τοῦ κόσμου, μήτε ἐντὸς μηδὲν εἶναι κενόν.

A. 5. Ἀριστοτέλης μηδὲν] Sic Euſeb. Vulgo vitioſe Ἀριστοτέλης ἔλεγεν. Locum de Ariſtotele plane omittit Stob. At Galen. hoc cum Platone communicat, ita—περὶ Κενοῦ. Πλάτων καὶ Ἀριστοτέλης μήτε ἐκτὸς τοῦ κόσμου, μήτε ἐντὸς, μηδὲν εἶναι κενόν.

Empedocles, aëre cedente Solis impetui, ſeptentriones docet declinaſſe, ita ut partes iis vicinæ in ſublime attollerentur, deprimerentur auſtrinæ: atque hanc inclinationem toti proinde Mundo accidiſſe.

IX.

De eo quod eſt extra Mundum, an id vacuum ſit.

Pythagorici extra Mundum inane eſſe putant, in quod, et e quo Mundus reſpiret.

Stoici inane eſſe, in quod quidem conflagratione ſua mundus diſſolutum eat.

Posidonius non inane, ſed quantum diſſolutioni ſufficiat, in libro primo de Inani.

Aristoteles affirmat, nullum eſſe inane.

Plato negat ullum eſſe, vel extra, vel intra mundum, inane.

ι'.

Τίνα δεξιὰ τοῦ κόσμου καὶ τίνα ἀριστερά.

Πυθαγόρας, Πλάτων, Ἀριστοτέλης, δεξιὰ τοῦ κόσμου τὰ ἀνατολικὰ μέρη, ἀφ' ὧν ἡ ἀρχὴ τῆς κινήσεως· ἀριστερὰ δὲ, τὰ δυτικά.

Ἐμπεδοκλῆς δεξιὰ μὲν τὰ κατὰ τὸν θερινὸν τροπικὸν, ἀριστερὰ δὲ τὰ κατὰ τὸν χειμερινόν.

ια'.

Περὶ οὐρανοῦ, τίς ἡ τούτου οὐσία.

Ἀναξιμένης τὴν περιφορὰν τὴν ἐξωτάτω, γηΐνην.

Ἐμπεδοκλῆς στερέμνιον εἶναι τὸν οὐρανὸν, ἐξ ἀέρος συμπαγέντος ὑπὸ πυρὸς κρυσταλλοειδῶς, τὸ πυρῶδες καὶ ἀερῶδες ἐν ἑκατέρῳ τῶν ἡμισφαιρίων περιέχοντα.

Ἀριστοτέλης ἐκ πέμπτου σώματος πυρὸς, ἢ ἐκ θερμοῦ καὶ ψυχροῦ μίγματος.

B. 7. Ἀναξιμένης—γηΐνην] Probo Stobæi lectionem, Ἀναξιμένης καὶ Παρμενίδης, τὴν περιφορὰν τὴν ἐξωτάτω τῆς γῆς εἶναι τὸν οὐρανόν. Euſebius, Ἀναξιμένης τὴν περιφορὰν τῆς ἔξωθεν ζωνῆς εἶναι, quod Xyl. recepit: rectius quidem quam Vigerius, qui hunc reprehendens, Plutarcheam lectionem Euſebio intulit.

B. 9. πυρὸς] Mez. corrigit τινος: ſed altius latet vitium. Euſebius omittit πυρὸς, recte: rectius etiam Stobæus, Ἀριστοτέλης ἐκ πέμπτου σώματος· λέγει γοῦν ἐν τοῖς περὶ τῆς Φυσικῆς Ἀκροάσεως—&c.

X.

Quæ partes Mundi dextræ ſint, quæ ſiniſtræ.

PYTHAGORAS, PLATO, ARISTOTELES, dextras mundi partes faciunt quæ ad ortum ſunt, unde motui initium; ſiniſtras, quæ ad occaſum.

EMPEDOCLES dextra vocat quæ ſunt ad circulum æſtivæ Solis converſionis, ſiniſtra quæ ad hybernum.

XI.

De Cælo, quæ ejus natura.

ANAXIMENES dicit rotationem eſſe extremi orbis.

EMPEDOCLES Cœlum eſſe ſolidum, glaciei in modum ab igne ex aëre compactum, quod ignitam aëreamque naturam in utroque globi ſemiſſe contineat.

ARISTOTELES e quinto corpore, igne, vel calidi cum frigido mixtione.

ιβ'.

C Περὶ διαιρέσεως οὐρανοῦ, εἰς πόσους κύκλους διαιρεῖται.

Θαλῆς, Πυθαγόρας, οἱ ἀπ' αὐτοῦ, μεμερίσθαι τὴν τοῦ παντὸς οὐρανοῦ σφαῖραν εἰς κύκλους πέντε, οὕστινας προσαγορεύουσι ζώνας· καλεῖται δὲ ὁ μὲν αὐτῶν, ἀρκτικός τε καὶ ἀειφανής· ὁ δὲ, θερινὸς τροπικός· ὁ δὲ, ἰσημερινός· ὁ δὲ, χειμερινὸς τροπικός· ὁ δὲ, ἀνταρκτικός τε καὶ ἀφανής· λοξὸς δὲ τοῖς τρισὶ μέσοις ὁ καλούμενος ζωδιακὸς ὑποβέβληται, παρεπιψαύων τῶν μέσων τριῶν· πάντας δὲ αὐτοὺς ὁ μεσημβρινὸς πρὸς ὀρθὰς ἀπὸ τῶν ἄρκτων ἐπὶ τὸ ἀντίξουν τέμνει.

Πυθαγόρας πρῶτος ἐπινενοηκέναι λέγεται τὴν λόξωσιν τοῦ ζωδιακοῦ κύκλου, ἥντινα Οἰνοπίδης ὁ Χῖος ὡς ἰδίαν
D ἐπίνοιαν σφετερίζεται.

ιγ'.

Τίς ἡ οὐσία τῶν ἀστέρων, καὶ πῶς συνεστήκασιν.

Θαλῆς γεώδη μὲν, ἔμπυρα δὲ τὰ ἄστρα.

Ἐμπεδοκλῆς πύρινα ἐκ τοῦ πυρώδους, ὅπερ ὁ αἰθὴρ

XII.

In quot orbes Cœlum dividatur.

Thales, Pythagoras, et hujus ſectatores Cœlum in circulos quinque dividunt: ipſi Zonas, id eſt cingula, appellant. Nomina eorum ſunt, Septentrionalis, qui ſemper eſt conſpicuus: ſolſtitii æſtivi circulus: Æquinoctialis: Brumæ circulus: Arctico oppoſitus, ſemper nobis occultatus. Horum tribus mediis ſubſternitur obliquus, ſingulos attingens, cui ſignifer, ſeu Zodiacus, nomen eſt. Omnes autem iſti a meridiano per ſeptentriones in oppoſitam ducto partem medii ſinduntur.

Primus Pythagoras inveniſſe dicitur ſigniferi obliquitatem, quam Œnopides Chius tamen ut abs ſe excogitatam ſibi vindicat.

XIII.

Quæ Stellarum natura ſit, ac quomodo conflatæ ſint.

Thales cenſuit terreſtres quidem eſſe ſtellas, ſed ignitas tamen.

Empedocles, igneas, eo ex igne, quem in ſe continens

ἐν ἑαυτῷ περιέχων ἐξέθλιψε κατὰ τὴν πρώτην διάκρισιν.

Ἀναξαγόρας τὸν περικείμενον αἰθέρα, πύρινον μὲν εἶναι κατὰ τὴν οὐσίαν, τῇ δ' εὐτονίᾳ τῆς περιδινήσεως ἀναρπάζοντα πέτρους ἐκ τῆς γῆς, καὶ καταφλέξαντα τούτους ἠστερικέναι.

Διογένης, κισηρώδη τὰ ἄστρα, διαπνοὰς δὲ αὐτὰ ἐνομίζει τοῦ κόσμου· πάλιν δὲ ὁ αὐτὸς ἀφανεῖς μὲν λίθους, πίπτοντας δὲ πολλάκις ἐπὶ τὴν γῆν σβέννυσθαι, καθάπερ τὸν ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς πυροειδῶς κατενεχθέντα ἀστέρα πέτρινον.

Ἐμπεδοκλῆς τοὺς μὲν ἀπλανεῖς ἀστέρας συνδεδέσθαι τῷ κρυστάλλῳ, τοὺς δὲ πλάνητας ἀνεῖσθαι.

Πλάτων ἐκ μὲν τοῦ πλείστου μέρους, πυρίνους, μετέχοντας δὲ καὶ τῶν ἄλλων στοιχείων κόλλης δίκην.

Ξενοφάνης ἐκ νεφῶν πεπυρωμένων, σβεννυμένων δὲ καθ' F ἑκάστην ἡμέραν, ἀναζωπυρεῖν νύκτωρ καθάπερ τοὺς ἄνθρακας· τὰς γὰρ ἀνατολὰς καὶ τὰς δύσεις, ἐξάψεις εἶναι καὶ σβέσεις.

æther in prima ſecretione eliſerit.

ANAXAGORAS ætherem circumſitum ignea quidem eſſe natura, circumvolutionis autem vehementia abripuiſſe lapides e terra, eoſque adusſiſſe, et ſic in ſtellas convertiſſe.

DIOGENES pumicum inſtar eſſe ſtellas cenſet exſpirationes mundi exhalantis: idem, lapides quoſdam eſſe qui nuſquam appareant, et ſæpe in terram delapſi exſtinguantur: quomodo ad Ægos potamos ſub ignis forma decidit ſtella ſaxea.

EMPEDOCLES inerrantes ſtellas cryſtallo ait alligatas, errones ab eo ſolutas.

PLATO majori ex parte igneæ naturæ eſſe ſtellas, ſed ita, ut glutinis loco reliquorum etiam elementorum partes admittant.

XENOPHANES naſci ex inflammatis nubibus, quæ quotidie extinguantur, noctu quavis rurſus carbonum inſtar accendantur: ortus quippe et occaſus, nihil eſſe aliud quam accendi et exſtingui.

Ἡρακλείδης καὶ οἱ Πυθαγόρειοι, ἕκαστον τῶν ἀστέρων κόσμον ὑπάρχειν, γῆν περιέχοντα, ἀέρα τε καὶ αἰθέρα, ἐν τῷ ἀπείρῳ αἰθέρι· ταῦτα δὲ τὰ δόγματα ἐν τοῖς Ὀρφικοῖς φέρεται, κοσμοποιοῦσι γὰρ ἕκαστον τῶν ἀστέρων.

Ἐπίκουρος οὐδὲν ἀπογινώσκει τούτων, ἐχόμενος τοῦ ἐνδεχομένου.

89

ιδʹ.

Περὶ σχήματος ἀστέρων.

Οἱ Στωϊκοὶ, σφαιρικοὺς τοὺς ἀστέρας, καθάπερ τὸν κόσμον καὶ ἥλιον καὶ σελήνην.

Κλεάνθης, κωνοειδεῖς.

Ἀναξιμένης, ἥλων δίκην καταπεπηγέναι τῷ κρυσταλλοειδεῖ.

Ἔνιοι δὲ, πέταλα εἶναι πύρινα, ὥσπερ ζωγραφήματα.

A. 6. καταπεπηγέναι] Legendum videtur ἐγκαταπεπηγέναι, vel καταπεπηγέναι ἐν. Vulgata occupavit omnes libros, exceptis Galen. et Euſeb. qui habent καταπεπηγμένους.

Heraclides et Pythagorei quamvis ſtellam dixerunt eſſe Mundum in æthere infinito, qui terram, aërem, ætheremque contineat. Hæc opinio etiam in Orphicis perhibetur: nam Orphei ſectatores ſingulas ſtellas eſſe Mundos dicunt.

Epicurus horum nihil improbat, contingentiæ inhærens.

XIV.

De figura Stellarum.

Stoici, globoſas eſſe ſtellas, ut mundum quoque, ut Solem, ut Lunam.

Cleanthes, metæ ſeu turbinis forma.

Anaximenes, clavorum inſtar infixos eſſe cryſtallo.

Alii, laminas eſſe igneas, tanquam picturas.

ιε'.

Περὶ τάξεως ἀστέρων.

Ξενοκράτης κατὰ μιᾶς ἐπιφανείας οἴεται κινεῖσθαι τοὺς ἀστέρας.

Οἱ δ' ἄλλοι Στωϊκοὶ, πρὸ τῶν ἑτέρων τοὺς ἑτέρους ἐν ὕψει καὶ βάθει.

Δημόκριτος, τὰ μὲν ἀπλανῆ πρῶτον, μετὰ δὲ ταῦτα τοὺς πλανήτας, ἐφ' οἷς Ἥλιον, Φωσφόρον, Σελήνην.

Πλάτων, μετὰ τὴν τῶν ἀπλανῶν θέσιν, πρῶτον φαίνοντα λεγόμενον, τὸν τοῦ Κρόνου· δεύτερον, Φαέθοντα, τὸν τοῦ Διός· τρίτον, Πυρόεντα, τὸν τοῦ Ἄρεος· τέταρτον, Ἑωσφόρον, τὸν τῆς Ἀφροδίτης· πέμπτον, Στίλβοντα, τὸν τοῦ Ἑρμοῦ· ἕκτον, Ἥλιον· ἕβδομον, Σελήνην.

Τῶν Μαθηματικῶν τινες μὲν, ὡς Πλάτων· τινὲς δὲ, μέσον πάντων τὸν Ἥλιον.

A. 11. Ξενοκράτης] Galen. Ξενοφάνης: rectius: neutrum tamen congruum ſequenti, οἱ δ' ἄλλοι Στωϊκοί: qua de cauſſa Corſinus corrigit Ζήνων. Equidem malim, οἱ δ' ἄλλοι, καὶ οἱ Στωϊκοί.

XV.

De ordine Stellarum.

Xenocrates ſecundum unam ſuperficiem ſtellas moveri autumavit.

Reliqui Stoici, alias aliis eſſe humiliores atque altiores.

Democritus hoc ordine collocat: primo fixas ſtellas, deinde errones, in quibus Solem, Luciferum, Lunam.

Plato ubi ab inerrantibus abiit, proximam facit ſtellam Saturni, quæ ei Phænō dicitur, nos fulgidam (puto) poſſemus: tum Phaëthontem, id eſt nitentem, qui eſt Jupiter: ab hoc proximum Pyroënta, id eſt igneum, ſtellam Martis: inde Luciferum, qui Veneri tribuitur: quintum Mercurii ſidus, quod Stilbon appellat, quaſi rutilans.

Mathematicorum quidam Platoni ſubſcribunt: alii Solem in medio reponunt.

Ἀναξίμανδρος, καὶ Μητρόδωρος ὁ Χῖος, καὶ Κράτης, ἀνωτάτω μὲν πάντων τὸν Ἥλιον τετάχθαι, μετ' αὐτὸν δὲ τὴν Σελήνην, ὑπὸ δὲ αὐτοὺς τὰ ἀπλανῆ τῶν ἄστρων καὶ τοὺς πλανήτας.

C ιϛ'.

Περὶ τῆς τῶν ἀστέρων φορᾶς καὶ κινήσεως.

Ἀναξαγόρας, Δημόκριτος, Κλεάνθης, ἀπ' ἀνατολῶν ἐπὶ δυσμὰς φέρεσθαι πάντας τοὺς ἀστέρας.

Ἀλκμαίων καὶ οἱ Μαθηματικοὶ, τοὺς πλανήτας τοῖς ἀπλανέσιν ἐναντίους· ἀπὸ γὰρ δυσμῶν ἐπ' ἀνατολὰς ἀντιφέρεσθαι.

Ἀναξίμανδρος, ὑπὸ τῶν κύκλων καὶ τῶν σφαιρῶν, ἐφ' ὧν ἕκαστος βέβηκε, φέρεσθαι.

Ἀναξιμένης, ὁμοίως ὑπὸ τὴν γῆν καὶ περὶ αὐτὴν στρέφεσθαι τοὺς ἀστέρας.

Πλάτων καὶ οἱ Μαθηματικοὶ, ἰσοδρόμους εἶναι, τὸν Ἥλιον, τὸν Ἑωσφόρον, τὸν Στίλβοντα.

ANAXIMANDER, METRODORUS CHIUS, CRATES, ſummum locum Soli deferunt, proximeque Lunam ei ſubjiciunt: ſub his fixa et vaga etiam ſidera collocant.

XVI.

De latione et motu Stellarum.

ANAXAGORAS, DEMOCRITUS, CLEANTHES, ab ortu verſus occaſum ferri omnes ſtellas.

ALCMÆON et MATHEMATICI, planetas fixis ex adverſo, hoc eſt ab occaſu ad ortum citari.

ANAXIMANDER, a circulis et orbibus, quibus quævis inſiſtit, moveri.

ANAXIMENES, ſimiliter ſub terram, ac circa eam ferri ſtellas.

PLATO et MATHEMATICI æqualem curſum adſignant Soli, Veneri, ac Mercurio.

ιζʹ.

Πόθεν φωτίζονται οἱ ἀστέρες.

Μητρόδωρος, ἅπαντας τοὺς ἀπλανεῖς ὑπὸ τοῦ Ἡ προσλάμπεσθαι.

Ἡράκλειτος καὶ οἱ Στωϊκοὶ, τρέφεσθαι τοὺς ἀστ ἐκ τῆς ἐπιγείου ἀναθυμιάσεως.

Ἀριστοτέλης, μὴ δεῖσθαι τὰ οὐράνια τροφῆς· οὐ φθαρτὰ, ἀλλ' ἀΐδια.

Πλάτων καὶ οἱ Στωϊκοὶ, ὡς ὅλον τὸν κόσμον, καὶ ἄστρα ἐξ αὐτῶν τρέφεσθαι.

ιηʹ.

Περὶ τῶν ἀστέρων τῶν καλουμένων Διοσκούρων.

Ξενοφάνης, τοὺς ἐπὶ τῶν πλοίων φαινομένους οἷον ερας, νεφέλια εἶναι κατὰ τὴν ποιὰν κίνησιν παραλάμποντ

Μητρόδωρος, τῶν ὁρώντων ὀφθαλμῶν μετὰ δέους καταπλήξεως εἶναι στιλβηδόνας.

D. 7. Πλάτων καὶ οἱ Στωϊκοὶ] Ita et Galen. At Euſeb. P. E. XV, 48. et St p. 54 Πλάτων κοινῶς: rectius, opinor.

XVII.

Unde illuminentur Stellæ.

Metrodorus omnes ſtellas fixas a Sole illuſtrari ab eoque ſuum lumen accipere, dixit.

Heraclitus et Stoici, ſtellas ali eo quod a terra furſum evaporat.

Aristoteles, cœleſtia non indigere alimento, quia interitui non ſint obnoxia.

Plato et Stoici, item ſtellas atque univerſum mundum, nutrimentum ex ſe ipſas bere.

XVIII.

De Stellis quæ dicuntur C res, ſive gemini.

Xenophanes iſtas ſtel quæ ſupra naves appar parvas putavit eſſe nubecu ob certum affulgentes tum.

Metrodorus, micatio eſſe, a videntium oculis, q terror et conſternatio te profectas.

ιθ'.

E Περὶ ἐπισημασίας ἀστέρων, καὶ πῶς γίνεται χειμὼν καὶ θέρος.

Πλάτων, τὰς ἐπισημασίας τάς τε θερινὰς καὶ τὰς χειμερινὰς κατὰ τὰς τῶν ἀστέρων ἐπιτολάς τε καὶ δυσμὰς γίνεσθαι, Ἡλίου τε καὶ Σελήνης, καὶ τῶν ἄλλων πλανητῶν καὶ ἀπλανῶν.

Ἀναξιμένης δὲ, διὰ μηδὲν τούτων, διὰ δὲ τὸν Ἥλιον μόνον.

F Εὔδοξος, Ἄρατος, κοινῶς διὰ πάντας τοὺς ἀστέρας, ἐν οἷς φησιν,

Αὐτὸς γὰρ τάδε σήματ' ἐν οὐρανῷ ἐστήριξεν,
Ἄστρα διακρίνας· ἐσκέψατο δ' εἰς ἐνιαυτὸν
Ἀστέρας οἵ κε μάλιστα τετυγμένα σημαίνοιεν.

κ'.

Περὶ οὐσίας Ἡλίου.

Ἀναξίμανδρος, κύκλον εἶναι ὀκτωκαιεικοσαπλασίονα τῆς γῆς, ἁρματείου τροχοῦ τὴν ἀψῖδα παραπλήσιον ἔχοντα κοίλην, πλήρη πυρός· ἧς κατά τι μέρος ἐκφαινούσης

XIX.

Quid denuncient ſtellæ, et quomodo fiant hyems atque æſtas.

PLATO indicationes æſtatis atque hyemis fieri Solis, Lunæ, aliarumque fixarum et vagarum ſtellarum ortu, atque occaſu percipi tradit.

ANAXIMENES ad ſolum hæc refert Solem.

EUDOXUS et ARATUS, omnibus communiter accepta iſthæc ſtellis ferunt. Arati verba ſubjecimus:

Ipſe hæc altitonans in celſo infixit olympo,
Et totum prudens diſtinxit ſigna per annum,
Eximia ut rebus de certis aſtra monerent.

XX.

Quæ Solis natura ſit.

ANAXIMANDER Solem dixit eſſe circulum, cujus duodetrigeſima pars terræ molem æquet: orbita præditum qualis fere eſt rotis curruum, ignis plena, qui quadam ex

διὰ στομίου τὸ πῦρ, ὥσπερ διὰ πρηστῆρος αὐλοῦ· καὶ τοῦτ᾽ εἶναι τὸν Ἥλιον.

Ξενοφάνης, ἐκ πυριδίων τῶν συναθροιζομένων μὲν ἐκ τῆς ὑγρᾶς ἀναθυμιάσεως, συναθροιζόντων δὲ τὸν Ἥλιον· ἢ νέφος πεπυρωμένον.

Οἱ Στωϊκοὶ, ἄναμμα νοερὸν ἐκ θαλάττης.

Πλάτων, ἐκ πλείστου πυρός.

Ἀναξαγόρας, Δημόκριτος, Μητρόδωρος, μύδρον ἢ πέτρον διάπυρον.

Ἀριστοτέλης, σφαῖραν ἐκ τοῦ πέμπτου σώματος.

Φιλόλαος ὁ Πυθαγόρειος, ὑαλοειδῆ, δεχόμενον μὲν τοῦ ἐν τῷ κόσμῳ πυρὸς τὴν ἀνταύγειαν, διηθοῦντα δὲ πρὸς ἡμᾶς τὸ φῶς, ὥστε προσεοικέναι ἡλίῳ τὸ ἐν τῷ οὐρανῷ πυρῶδες, τό, τε δὴ ἀπ᾽ αὐτοῦ καὶ ἐσοπτροειδές· καὶ τρίτον, τὴν ἀπὸ τοῦ ἐσόπτρου κατ᾽ ἀνάκλασιν διασπειρο- B

F. 11. διὰ πρηστῆρος αὐλοῦ] Forte vera eſt lectio, πρηστῆρας δι᾽ αὐλοῦ, quo ducit Achill. Tat. Iſag. in Arat. cap. 19. Galen. δι᾽ αὐλοῦ πρὸς ἡμᾶς. Stob. ὥσπερ διὰ πρηστῆρος. Euſeb. hanc loci partem omittit.

A. 5. Πλάτων, ἐκ πλείστου πυρός] Πλάτων abeſt in Voſſ. et Bud. qui reliqua verba, Stoicorum opinioni adjungunt. In Stob. plane omittitur hic locus. Forte compilator eum invexit ex capite XIII.

A. 12. τό, τε δὴ—εἰδώλου] Corrupti loci, in quo libri Plutarchei conſentiunt, correctionem in Animadverſionibus tractabimus.

parte ejus effulgeat per orificium, tanquam per fiſtulæ foramen: eumque ignem eſſe Solem.

Xenophanes, ex igniculis qui appareant, collectis ex humida exhalatione, et Solem cogentibus: aut nubem ignitam.

Stoici, incendium mente præditum, e mari.

Plato, e plurimo igne.

Anaxagoras, Democritus, Metrodorus, maſſam aut lapidem ignis candentem.

Aristoteles, globum e quinta natura.

Philolaus Pythagoreus, diſcum vitreum, qui reſplendentiam mundani ignis recipiat lumenque ad nos retorqueat: ut Sol videatur ignis in cœlo, qui ad nos quaſi ſpeculi reflectione lucem diſper-

μένην πρὸς ἡμᾶς αὐγήν· καὶ γὰρ ταύτην προσαγορευόμενον ἥλιον, οἱονεὶ εἴδωλον εἰδώλου.

Ἐμπεδοκλῆς, δύο Ἡλίους, τὸν μὲν, ἀρχέτυπον, πῦρ ἐν τῷ ἑτέρῳ ἡμισφαιρίῳ τοῦ κόσμου, πεπληρωκὸς τὸ ἡμισφαίριον, ἀεὶ καταντικρὺ τῇ ἀνταυγείᾳ ἑαυτοῦ τεταγμένον· τὸν δὲ φαινόμενον, ἀνταύγειαν ἐν τῷ ἑτέρῳ ἡμισφαιρίῳ τῷ τοῦ ἀέρος τοῦ θερμομιγοῦς πεπληρωμένῳ, ἀπὸ κυκλοτεροῦς τῆς γῆς κατ' ἀνάκλασιν ἐγγινομένην εἰς τὸν Ἥλιον τὸν κρυσταλλοειδῆ, συμπεριελκομένην δὲ τῇ κινήσει τοῦ
C πυρίνου· ὡς δὲ βραχέως εἰρῆσθαι συντεμόντα, ἀνταύγειαν εἶναι τοῦ περὶ τὴν γῆν πυρὸς τὸν Ἥλιον.

Ἐπίκουρος, γήϊνον πύκνωμα κισσηροειδὲς ταῖς κατατρήσεσιν ὑπὸ τοῦ πυρὸς ἀνημμένον.

κα'.

Περὶ μεγέθους Ἡλίου.

Ἀναξίμανδρος, τὸν μὲν Ἥλιον ἴσον τῇ γῇ εἶναι, τὸν δὲ κύκλον ἀφ' οὗ τὴν ἐκπνοὴν ἔχει καὶ ἐφ' οὗ φέρεται, ἑπτακαιεικοσαπλασίονα τῆς γῆς.

gat: quam nos vocamus Solem, tanquam ſimulacri ſimulacrum.

Empedocles duos Soles facit, unum primigenium ignem in altero globi mundi ſemiſſe, qui eum ſemiſſem impleat, ſemper ex adverſo ſitus ſuæ repercuſſioni ſplendoris: alterum in altero ſemiſphærio reſplendentiam hujus, quod ſemiſphærium impleatur aëre cum calida natura permixto: hanc reſplendentiam a rotunditate terræ reflecti in Solem cryſtallinum, et cum motu ignei elementi circumtrahi: utque verbo dicam, Solem eſſe reſplendentiam ignis qui eſt circa terram.

Epicurus, e terra compactam molem, ac pumicis ſpongiæve modo pertuſam, ab igne accenſam.

XXI.

De magnitudine Solis.

Anaximander, Solem terræ æqualem eſſe, circuli autem, a quo erumpit halitu, et in quo fertur, quantitate molem terræ vicies octies contineri.

Ἀναξαγόρας, πολλαπλασίονα Πελοποννήσου.

Ἡράκλειτος, εὖρος ποδὸς ἀνθρωπείου.

Ἐπίκουρος πάλιν φησὶν ἐνδέχεσθαι τὰ προειρημένα πάντα, ἢ τηλικοῦτον ἥλιος φαίνεται, μικρῷ μείζω ἢ ἐλάττω.

κβ'.

Περὶ σχήματος Ἡλίου.

Ἀναξιμένης, πλατὺν ὡς πέταλον τὸν Ἥλιον.

Ἡράκλειτος, σκαφοειδῆ, ὑπόκυρτον.

Οἱ Στωϊκοὶ, σφαιροειδῆ, ὡς τὸν κόσμον· καὶ τὰ ἄστρα.

Ἐπίκουρος, ἐνδέχεσθαι τὰ προειρημένα πάντα.

κγ'.

Περὶ τροπῶν Ἡλίου.

Ἀναξιμένης, ὑπὸ πεπυκνωμένου ἀέρος καὶ ἀντιτύπου ἐξωθεῖσθαι τὰ ἄστρα.

Ἀναξαγόρας, ἀνταπώσει τοῦ πρὸς ταῖς ἄρκτοις ἀέρος, ὃν αὐτὸς συνωθῶν ἐκ τῆς πυκνώσεως ἰσχυροποιεῖ.

Anaxagoras, multiplici ad Peloponneſum proportione Solem eſſe.

Heraclitus, latitudine veſtigii humani.

Epicurus rurſum ait, poſſe omnia iſta vera eſſe, aut tantum eſſe, quantus et qualis videtur, vel majorem paulo aut minorem.

XXII.

De forma Solis.

Anaximenes, folii inſtar latum eſſe.

Heraclitus, ſcaphæ inſtar formam, ſubcurvum.

Stoici, globi forma, qua et mundus et Stellæ.

Epicurus, fieri poſſe iſthæc omnia.

XXIII.

De converſionibus Solis.

Anaximenes cenſuit, aſtra impelli a condenſato et renitente aëre.

Anaxagoras, aëris, qui ad ſeptentriones eſt, impulſione in diverſam partem, quem aërem ſtipando cogens facit validum.

E Ἐμπεδοκλῆς, ὑπὸ τῆς περιεχούσης αὐτὸν σφαίρας κωλυόμενον ἄχρι παντὸς εὐθυπορεῖν, καὶ ὑπὸ τῶν τροπικῶν κύκλων.

Διογένης, ὑπὸ τοῦ ἀντιπίπτοντος τῇ θερμότητι ψύχους σβέννυσθαι τὸν Ἥλιον.

Οἱ Στωϊκοὶ, κατὰ τὸ διάστημα τῆς ὑποκειμένης τροφῆς διέρχεσθαι τὸν Ἥλιον· ὠκεανὸς δέ ἐστιν ἡ γῆ, ἧς τὴν ἀναθυμίασιν ἐπινέμεται.

Πλάτων, Πυθαγόρας, Ἀριστοτέλης, περὶ τὴν λόξωσιν τοῦ ζωδιακοῦ κύκλου, δι' οὗ φέρεται λοξοπορῶν ὁ Ἥλιος, καὶ κατὰ δορυφορίαν τῶν τροπικῶν κύκλων· ταῦτα δὲ πάντα καὶ ἡ σφαῖρα δείκνυσιν.

κδ′.

F ### Περὶ ἐκλείψεως Ἡλίου.

Θαλῆς πρῶτος ἔφη ἐκλείπειν τὸν Ἥλιον, τῆς σελήνης αὐτὸν ὑποτρεχούσης κατὰ κάθετον, οὔσης φύσει γεώ-

E. 7. ἡ γῆ] Marg. Voſſ. ἢ γῆ itaque vertit Bud. T. V. ὡς ὠκεανὸς δέ ἐστιν ἡ γῆ. Stob. omittit ἡ γῆ. Galen. ſententiam potius quam verba reddit, ὠκεανὸν δὲ καὶ τὴν θάλασσαν παρέχειν τῷ ἡλίῳ τροφήν—. Igitur corrigam καὶ γῆ.

E. 9. περὶ τὴν λόξωσιν] Legendum, cum Mez. παρὰ τὴν λόξωσιν.

Empedocles, ne in directum ſemper progrediatur, impediri a continente ipſum globo et a tropicis, hoc eſt ſolſtitiorum circulis.

Diogenes, a frigore calori occurrente extingui Solem.

Stoici, ſecundum intervallum alimenti ſubjecti progredi Solem. Oceanus autem terra eſt cujus vaporem exhalantem depaſcitur.

Plato, Pythagoras, Aristoteles, Solem obliquum curſum conficere, aiunt, propter ſigniferi, in quo movetur, inclinationem, ſtipati ſolſtitialibus circulis: quæ omnia in ſphæra artificio elaborata proponuntur ad ſpectandum.

XXIV.

De Solis defectu.

Thales primus docuit Solem deficere, quando Luna ad lineam infra eum fertur, quæ

δως· βλέπεσθαι δὲ τοῦτο κατοπτρικῶς ὑποτιθεμένῳ τῷ δίσκῳ.

Ἀναξίμανδρος, τὸ τοῦ στομίου τῆς τοῦ πυρὸς διεκπνοῆς ἀποκλειομένου.

Ἡράκλειτος, κατὰ τὴν τοῦ σκαφοειδοῦς στροφὴν, ὥστε τὸ μὲν κοῖλον ἄνω γίνεσθαι, τὸ δὲ κυρτὸν κάτω πρὸς τὴν ἡμετέραν ὄψιν.

Ξενοφάνης, κατὰ σβέσιν· ἕτερον δὲ πάλιν πρὸς ταῖς ἀνατολαῖς γίνεσθαι· παριστόρηκε δὲ καὶ ἔκλειψιν ἡλίου ἐφ' ὅλον μῆνα, καὶ πάλιν ἔκλειψιν ἐντελῆ, ὥστε τὴν ἡμέραν νύκτα φανῆναι.

Ἔνιοι, νεφῶν πύκνωσιν τὴν ἀοράτως ἐπερχομένην τῷ δίσκῳ.

Ἀρίσταρχος τὸν ἥλιον ἵστησι μετὰ τῶν ἀπλανῶν, τὴν δὲ γῆν κινεῖ περὶ τὸν ἡλιακὸν κύκλον, καὶ κατὰ τὰς ταύτης ἐγκλίσεις σκιάζεσθαι τὸν δίσκον.

F. 4. ὑποτιθεμένῳ τῷ δίσκῳ] Xyl. probabiliter vertit. Græca corrupta ſunt, ut et Mez. monuit. Unus Stob. habet varietatem, nec eam ſanam, βλέπεσθαι δὲ τοῦτο κατοπτρικῶς ὑποτιθέμενον τῷ δυσμῷ. Puto corrigendum, β. δ. αὐτὴν κ. ὑποτιθεμένην τῷ δίσκῳ.

natura eſt terreſtri: idque in ſpeculis cerni, ſubjici Soli diſcum Lunæ.

ANAXIMANDER, obturato foramine, per quod ignis exſpirat.

HERACLITUS, inverſione corporis Solis, quod ſcaphæ ſimile eum ponere diximus, ita ut cavum ſurſum, curvum deorſum verſus noſtrum viſum obvertatur.

XENOPHANES, exſtinctione: rurſum autem naſci in ortu alium. Narrationem porro adjecit de quodam Solis defectu, qui totum duraverit menſem, et alio perfecto, qui diem in noctem mutaverit.

Quidam nubium condenſationem cauſſantur, quæ, viſu non cernente eas, diſco Solis obducantur.

ARISTARCHUS Solem fixis ſtellis adjungit, Lunam autem moveri ait circum Solis orbem, et ſuis inclinationibus umbram diſco inferre.

Ξενοφάνης, πολλοὺς εἶναι Ἡλίους καὶ Σελήνας κατὰ τὰ κλίματα τῆς γῆς, καὶ ἀποτομὰς καὶ ζώνας· κατὰ δέ τινα καιρὸν ἐμπίπτειν τὸν δίσκον εἴς τινα ἀποτομὴν τῆς γῆς οὐκ οἰκουμένην ὑφ' ἡμῶν, καὶ οὕτως ὥσπερ κενεμβατοῦντα
B ἔκλειψιν ὑποφαίνειν· ὁ δ' αὐτὸς τὸν Ἥλιον εἰς ἄπειρον μὲν προϊέναι, δοκεῖν δὲ κυκλεῖσθαι διὰ τὴν ἀπόστασιν.

κε'.

Περὶ οὐσίας Σελήνης.

Ἀναξίμανδρος, κύκλον εἶναι ἐννεακαιδεκαπλασίονα τῆς γῆς, ὥσπερ τοῦ Ἡλίου πλήρη πυρός· ἐκλείπειν δὲ κατὰ τὰς ἐπιστροφὰς τοῦ τροχοῦ· ὅμοιον γὰρ εἶναι ἁρματείῳ τροχῷ κοίλην ἔχοντι τὴν ἁψῖδα, καὶ πλήρη πυρός, ἔχοντι μίαν ἐκπνοήν.

Ξενοφάνης, νέφος εἶναι πεπιλημένον.

A. 9. πολλοὺς εἶναι Ἡλίους καὶ Σελήνας] Forte verius ſit, πολλὰς εἶναι Ἡλίου καὶ Σελήνης ſcil. ἐκλείψεις: ſiquidem Philoſophi ſententiam, non Compilatoris ſcripturam, quærimus; nam in vulgata conſentiunt Galen. Euſeb. Stob.

A. 9. κατὰ κλίματα] Ita Galen. Euſeb. Stob. Vulgo, κατὰ κλῖμα.

B. 3. κε'. Περὶ οὐσίας Σελήνης] Ita Euſeb. Gal. E. M. Voſſ. Venet. Moſc. Bud. Xyl. item edidit Corſin. Vulgo, Περὶ οὐσίας Σελήνης, κε'. Περὶ μεγέθους Σελήνης, κϛ'.

XENOPHANES, multos eſſe Soles, multas Lunas, ſecundum terræ diverſa climata, ſegmenta, ac zonas: quodam autem tempore Solis diſcum incidere in quandam terræ portionem a nobis non habitatam, et ſic tanquam in vacuum delato, deliquium ei accidere. Idem, Solem in infinitum progredi: nobis autem videri eum rotari, ob diſtantiam.

XXV.

De natura Lunæ.

ANAXIMANDER, circulum eſſe novendecuplum proportione terræ, itidem ut Solem ignis plenum, ac luminis defectum ei accidere ob inverſionem rotæ; ſimilem enim eſſe rotæ currus, quæ habeat orbitam concavam igne impletam, unoque exſpirandi foramine præditam.

XENOPHANES, nubem eſſe conſtipatam.

Οἱ Στωϊκοὶ, μικτὴν ἐκ πυρὸς καὶ ἀέρος.

Πλάτων, ἐκ πλείονος τοῦ πυρώδους.

Ἀναξαγόρας, Δημόκριτος, στερέωμα διάπυρον, ἔχον ἐν ἑαυτῷ πεδία καὶ ὄρη καὶ φάραγγας.

Ἡράκλειτος, γῆν ὁμίχλῃ περιειλημμένην.

Πυθαγόρας, κατὰ τὸ πυροειδὲς σῶμα Σελήνης.

κϛʹ.

Περὶ μεγέθους Σελήνης.

Οἱ Στωϊκοὶ μείζονα τῆς γῆς ἀποφαίνονται, ὡς καὶ τὸν Ἥλιον.

Παρμενίδης, ἴσον τῷ Ἡλίῳ, καὶ ἀπ' αὐτοῦ φωτίζεσθαι.

κζʹ.

Περὶ σχήματος Σελήνης.

Οἱ Στωϊκοὶ, σφαιροειδῆ εἶναι, ὡς τὸν Ἥλιον.

C. 4. Ἡράκλειτος] Ἡρακλείδης ex Stobæo p. 59, ſcribendum monet Corſinus.

C. 5. κατὰ τὸ πυροειδὲς] κατοπτροειδὲς, Mez. et Valckenar. Diatr. Eurip. Fragm. p. 284. ex Stobæo.

C. 6. κϛʹ. Περὶ μεγέθους Σελήνης.] Ita Euſeb. Gal. E. M. Venet. Voſſ. Moſc. Bud. Xyl. item edidit Corſin. Vulgo, Περὶ σχήματος Σελήνης, κζʹ.

C. 11. κζʹ. Περὶ σχήματος Σελήνης] Ita diſtinximus capita ſecundum Euſeb. Gal. E. M. Venet. Voſſ. Moſc. Bud. Xyl. Vulgo continuabantur —ὡς τὸν Ἥλιον. Ἐμπεδοκλῆς—.

Stoici, mixtam ex igne et aëre.

Plato, majorem ejus partem eſſe terream.

Anaxagoras, Democritus, firmamentum ignitum, quod in ſe contineat planities, montes, convalles.

Heraclitus, terram caliginoſa nube contentam.

Pythagoras, corpus Lunæ ſimile eſſe ſpeculi.

XXVI.

De magnitudine Lunæ.

Stoici eam, ſicut et Sol, majorem terra pronunciant.

Parmenides, æqualem Soli, a quo etiam illuminetur.

XXVII.

De forma Lunæ.

Stoicis, ut et Sol, globoſa eſt.

Ἐμπεδοκλῆς, δισκοειδῆ.

Ἡράκλειτος, σκαφοειδῆ.

Ἄλλοι, κυλινδροειδῆ.

κη΄.

D Περὶ φωτισμῶν Σελήνης.

Ἀναξίμανδρος, ἴδιον αὐτὴν ἔχειν φῶς, ἀραιότερον δέ πως.

Ἀντιφῶν, ἰδίῳ φέγγει λάμπειν τὴν Σελήνην, τὸ δὲ ἀποκρυπτόμενον περὶ αὐτὴν ὑπὸ τῆς προσβολῆς τοῦ Ἡλίου ἀμαυροῦσθαι· πεφυκότος τοῦ ἰσχυροτέρου πυρὸς τὸ ἀσθενέστερον ἀμαυροῦν, ὃ δὴ συμβαίνει καὶ περὶ τὰ ἄλλα ἄστρα.

Θαλῆς καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ, ὑπὸ τοῦ Ἡλίου φωτίζεσθαι τὴν Σελήνην.

Ἡράκλειτος, τὸ αὐτὸ πεπονθέναι τὸν Ἥλιον καὶ τὴν
E Σελήνην· σκαφοειδεῖς γὰρ ὄντας τοῖς σχήμασιν τοὺς ἀστέρας, δεχομένους δὲ τὰς ἀπὸ τῆς ὑγρᾶς ἀναθυμιάσεως

D. 7. συμβαίνει] Malim συμβαίνειν, quod eſt in Stobæi codice Aug.
E. 2. τὰς—αὐγὰς] Recepi a Stobæo, ubi in ed. Canter. eſt τὺς—αὐγάς: at in cod. Aug. ita ut dedi. Vulgo, δεχομένυς δὲ τὰ ἀπὸ τῆς ὑγρᾶς ἀναθυμιάσεως, αὐτὰς φωτίζεσθαι.

Empedocles, diſci forma.

Heraclitus, ſcaphæ.

Alii cylindri ei tribuunt formam.

XXVIII.

De illuminatione Lunæ.

Anaximander tradit, eam proprium habere lumen, ſed rarius.

Antipho, ſuo fulgore nitere Lunam: qui cum occultatur, fieri hoc appulſu Solis; quia natura ſic comparatum ſit, ut ignis validior imbecilliorem obſcuret: quod idem aliis quoque ſtellis evenit.

Thales, et qui ejus ſequuntur decreta, a Sole illuſtrari Lunam.

Heraclitus, eodem modo affici Lunam, quo Solem. Scaphæ enim figuram eſſe ſideribus hiſce: cumque humidi excipiant ſplendorem vaporis,

αὐγὰς φωτίζεσθαι πρὸς τὴν φαντασίαν λαμπρότερον μὲν τὸν Ἥλιον, ἐν καθαρωτέρῳ γὰρ ἀέρι φέρεσθαι· τὴν δὲ Σελήνην ἐν θολερωτέρῳ, διὰ τοῦτο καὶ ἀμαυροτέραν φαίνεσθαι.

κθ'.

Περὶ ἐκλείψεως Σελήνης.

Ἀναξιμένης, τοῦ στομίου τοῦ περὶ τὸν τροχὸν ἐπιφραττομένου.

Βηρωσσὸς, κατὰ τὴν πρὸς ἡμᾶς ἐπιστροφὴν τοῦ ἀπυρώτου μέρους.

Ἡράκλειτος, κατὰ τὴν τοῦ σκαφοειδοῦς συστροφήν.

Τῶν Πυθαγορείων τινὲς, ἀνταύγειαν καὶ ἐπίφραξιν, τὸ μὲν, τῆς γῆς, τὸ δὲ, τῆς ἀντίχθονος· οἱ δὲ νεώτεροι καθ' ἐπινέμησιν φλογὸς κατὰ μικρὸν ἐξαπτομένης τεταγμένως, ἕως ἂν τὴν τελείαν πανσέληνον ἀποδῷ, καὶ πάλιν ἀναλόγως μειουμένης μέχρι τῆς συνόδου, καθ' ἣν τελείως σβέννυται.

E. 9. Ἀναξιμένης] Ἀναξίμανδρος Euſeb. Galen. Stob. rectius: nec tamen ut vulgatum loco moveri debeat.

illuſtrari ſicut videntur: clarius quidem Solem, ut qui in puriore feratur aëre, Lunam obſcurius, quia in turbidiore.

XXIX.

De Lunæ defectu.

ANAXIMANDER, oſculo rotæ obſtructo.

BEROSSUS, obverſa nobis parte ignis experte.

HERACLITUS, ſcaphæ inverſione.

PYTHAGOREI nonnulli reſplendentiam et obſtructionem profectam a terra, quam antichthonem, quaſi oppoſitam terram, dicunt. Recentiores ſecundum conſumtionem ignis ordinate incenſi paulatim, donec perfectum plenilunium præſtet, ac deinde ſenſim proportione ſervata decreſcat uſque ad coitum, ubi plane extinguitur.

Πλάτων, Ἀριστοτέλης, οἱ Στωϊκοί, οἱ Μαθηματικοί, συμφώνως, τὰς μὲν μηνιαίους ἀποκρύψεις συνοδεύουσαν αὐτὴν Ἡλίῳ καὶ περιλαμπομένην ποιεῖσθαι, τὰς δὲ ἐκλείψεις εἰς τὸ σκίασμα τῆς γῆς ἐμπίπτουσαν, μεταξὺ μὲν ἀμφοτέρων τῶν ἀστέρων γινομένης, μᾶλλον δὲ τῆς Σελήνης ἀντιφραττομένης.

λ'.

592 Περὶ ἐμφάσεως αὐτῆς, διὰ τί γεώδης φαίνεται.

Οἱ Πυθαγόρειοι, γεώδη φαίνεσθαι τὴν Σελήνην, διὰ τὸ περιοικεῖσθαι αὐτὴν, καθάπερ τὴν παρ' ἡμῖν γῆν, μείζοσι ζώοις καὶ φυτοῖς καλλίοσιν· εἶναι γὰρ πεντεκαιδεκαπλασίονα τὰ ἐπ' αὐτῆς ζῶα τῇ δυνάμει, μηδὲν περιττωματικὸν ἀποκρίνοντα· καὶ τὴν ἡμέραν τοσαύτην τῷ μήκει.

Ἀναξαγόρας, ἀνωμαλότητα τοῦ συγκρίματος, διὰ τὸ ψυχρομιγὲς ἅμα καὶ γεῶδες· παραμεμίχθαι γὰρ τῷ

A. 3. *αὐτὴν*] Sic Euſeb. Moſc. Vulgo, *ταύτην*.
A. 5. *τῇ δυνάμει*] Abeſt in Euſeb. idque rectius.
A. 7. *ἀνωμαλότητα τοῦ συγκρίματος*] Sic Galen. et Stob. Vulgo, *ἀνωμαλότητα διὰ τοῦ συγκρίματος*.

PLATO, ARISTOTELES, STOICI, MATHEMATICI, in hoc conſentiunt, menſtruas occultationes Lunæ obtingere a Sole cum quo coit, et ejus radiis obruitur: deſici autem lumine, cum in umbram terræ incidit, utriuſque ſideris in medio conſtituta: aut potius cum ejus officitur illuminationi a terra.

XXX.

De aſpectu Lunæ, et cur terreſtris videatur.

PYTHAGOREI aiunt terreſtrem videri, quia, ſicut et noſtra terra, circumhabitatur, a majoribus quidem et pulchrioribus animalibus, quinquies decies noſtrorum quantitatem continentibus, neque ullum excrementum dejicientibus: tanta item diei longitudine.

ANAXAGORAS cauſſam inæqualitatis arceſſit a concretione frigidorum et terreſtrium admixtas enim caliginoſis ig-

πυρωειδῆ τὸ ζοφῶδες, ὅθεν ψευδοφανῆ λέγεσθαι τὸν ἀστέρα.

Οἱ Στωϊκοὶ, διὰ τὸ ἑτεροειδὲς τῆς οὐσίας μὴ εἶναι αὐτῆς ἀκήρατον τὸ σύγκριμα.

λα΄.

Περὶ ἀποστήματος Σελήνης, ὃ ἀφέστηκε τοῦ Ἡλίου.

Ἐμπεδοκλῆς, διπλάσιον ἀπέχειν τὴν Σελήνην ἀπὸ τοῦ Ἡλίου ἤπερ ἀπὸ τῆς γῆς.

Οἱ ἀπὸ τῶν Μαθηματικῶν, ὀκτωκαιδεκαπλάσιον.

Ἐρατοσθένης, τὸν Ἥλιον ἀπέχειν τῆς γῆς σαδίων μυριάδας ἑβδομήκοντα ὀκτώ.

λβ΄.

Περὶ ἐνιαυτοῦ, πόσος ἑκάστου τῶν πλανωμένων ὁ μέγας ἐνιαυτός.

Ἐνιαυτός ἐστι Κρόνου μὲν, ἐνιαυτῶν περίοδος λ΄.

A. 9. ψευδοφανῆ] Exquiſitius ψευδοφαῆ, E. Voſſ. Colleg. Nov. Anon.
B. 10. πλανωμένων ὁ μέγας ἐνιαυτός] Mez. πλανωμένων· καὶ πόσος ὁ μέγας ἐνιαυτός; Hoc ſane inſcriptionem conſentientem reddet argumento capitis.

neis partes caliginoſas: itaque Lunam dici *falſo vultu apparentem.*

Stoici ob diverſarum formarum concretionem negant ejus naturæ compagem eſſe interitus ſecuram.

XXXI.

Quanto intervallo Luna a Sole abſit.

Empedocles, duplam Lunæ a Sole diſtantiam eſſe ejus, quæ Lunæ a terra eſt.

Mathematici, octodecuplam.

Eratosthenes, Solem a terra diſſitum ſtadiorum millibus octingenties millibus ac quater: Lunam autem a terra millibus ſeptingentis octoginta.

XXXII.

Quantus cuique planetarum ſit ſuæ circumitionis annus; et quantus magnus annus.

Saturnus ambitum cœli ſuum conficit annis Solaribus triginta: Jupiter duodecim:

Διὸς δὲ, ιβʹ. Ἄρεως, δυεῖν· Ἡλίȣ, ιβʹ μῆνες· οἱ δ᾽
C αὐτοὶ Ἑρμȣ͂ καὶ Ἀφροδίτης· ἰσόδρομοι γάρ. Σελήνης ἡμέραι λʹ, οὗτος γὰρ ὁ τέλειος μὴν ἀπὸ φαύσεως εἰς σύνοδον.

Τὸν δὲ μέγαν ἐνιαυτὸν οἱ μὲν ἐν τῇ ὀκταετηρίδι τίθενται, οἱ δὲ ἐν τῇ ἐννεακαιδεκαετηρίδι, οἱ δὲ ἐν τοῖς ἑξήκοντα ἑνὸς δέουσιν. Ἡράκλειτος, ἐκ μυρίων ὀκτακισχιλίων ἡλιακῶν. Διογένης, ἐκ πέντε καὶ ἑξήκοντα καὶ τριακοσίων ἐνιαυτῶν τοσούτων ὅσων ὁ κατὰ Ἡράκλειτον ἐνιαυτός. Ἄλλοι δὲ δι᾽ ἑπτακισχιλίων, ψοζʹ.

Mars duobus: Sol menſibus duodecim: totidem Mercurius et Venus, nam æquales his curſus: Luna triginta diebus, hic enim eſt perfectus menſis ab apparitione Lunæ ad congreſſum cum Sole.

Magnum annum alii octennio definiunt: alii undeviginti annis: alii quinquaginta et novem: HERACLITUS annorum Solarium millibus duodeviginti. DIOGENES trecentis ſexaginta quinque annis tantis, quantus unus eſt Heraclito. Alii ſeptem millibus ſeptingentis ſeptuaginta ſeptem.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

ΠΕΡΙ

ΤΩΝ ΑΡΕΣΚΟΝΤΩΝ ΤΟΙΣ ΦΙΛΟΣΟΦΟΙΣ

ΒΙΒΛΙΟΝ ΤΡΙΤΟΝ.

PLUTARCHI

DE

PLACITIS PHILOSOPHORUM

LIBER TERTIUS.

ΠΕΡΙΩΔΕΥΚΩΣ ἐν τοῖς προτέροις ἐν ἐπιτομῇ
E τὸν περὶ τῶν οὐρανίων λόγον, (Σελήνη δ' αὐτῶν τὸ μεθόριον) τρέψομαι ἐν τῷ τρίτῳ πρὸς τὰ μετάρσια· ταῦτα δ' ἐστὶ τὰ ἀπὸ τοῦ κύκλου τῆς Σελήνης καθήκοντα μέχρι πρὸς τὴν θέσιν τῆς γῆς, ἥντινα κέντρου τάξιν ἐπέχειν τῇ περιοχῇ τῆς σφαίρας νενομίκασιν. Ἄρξομαι δ' ἐντεῦθεν.

PRÆCEDENTIBUS libris compendio percurri cœleſtium rerum enarrationem, quarum confinium Luna eſt. Hoc tertio libro ad ea me confero, quæ infra eam in ſublimi ſunt, ac Meteora proinde Græcis dicuntur, ſita a Lunæ orbe uſque ad Terræ poſitum: quam centri locum in Univerſo cenſuerunt obtinere. Hinc autem exordiar.

α′.

Περὶ γαλαξίου κύκλου.

Κύκλος ἐστὶ νεφελοειδής, ἐν μὲν τῷ ἀέρι διαπαντὸς φαινόμενος, διὰ δὲ τὴν λευκόχροιαν γαλαξίας ὀνομαζόμενος.

Τῶν Πυθαγορείων οἱ μὲν ἔφασαν, ἀστέρος εἶναι διάκαυσιν, ἐκπεσόντος μὲν ἀπὸ τῆς ἰδίας ἕδρας, δι' οὗ δὲ ἐπέδραμε χωρίου κυκλοτερῶς αὐτὸ καταφλέξαντος, ἐπὶ τοῦ κατὰ Φαέθοντα ἐμπρησμοῦ.

Οἱ δὲ τὸν ἡλιακὸν ταύτῃ φασὶ κατ' ἀρχὰς γεγονέναι δρόμον.

Τινὲς δὲ, κατοπτρικὴν εἶναι φαντασίαν, τοῦ Ἡλίου τὰς αὐγὰς πρὸς τὸν οὐρανὸν ἀνακλῶντος, ὅπερ καὶ ἐπὶ τῆς ἴριδος καὶ ἐπὶ τῶν νεφῶν συμβαίνει.

Μητρόδωρος, διὰ τὴν πάροδον τοῦ Ἡλίου· τοῦτον γὰρ εἶναι τὸν ἡλιακὸν κύκλον.

Παρμενίδης, τὸ τοῦ πυκνοῦ καὶ ἀραιοῦ μίγμα γαλακτοειδὲς ἀποτελέσαι χρῶμα.

I.

De lacteo circulo.

Lacteus circulus nebuloſus eſt, ſemperque in aëre cernitur, et ob albedinem coloris lacteus dicitur.

PYTHAGOREORUM alii dixerunt ſtellæ ardore effectum, quæ ſuo loco delapſa tempore incendii a Phaëthonte excitati, quidquid loci circulari decurſu peragravit, aduſſerit.

Alii, Solis curſum initio hac fuiſſe.

Quidam ſpeculare viſum eſſe putant, ſplendore Solis in cœlum reflectente, quod idem in iride fit et nubibus.

METRODORUS, ob tranſitum Solis: hunc enim eſſe Solis circulum.

PARMENIDES, denſi ac rari mixtione lacteum colorem confici.

193 Ἀναξαγόρας, τὴν σκιὰν τῆς γῆς κατὰ τοῦτο τὸ μέρος ἵστασθαι τοῦ οὐρανοῦ, ὅταν ὑπὸ τὴν γῆν ὁ Ἥλιος γινόμενος μὴ πάντα φωτίζῃ.

Δημόκριτος, πολλῶν καὶ μικρῶν καὶ συνεχῶν ἀστέρων συμφωτιζομένων ἀλλήλοις συναυγασμὸν, διὰ τὴν πύκνωσιν.

Ἀριστοτέλης, ἀναθυμιάσεως ξηρᾶς ἔξαψιν, πολλῆς τε καὶ συνεχοῦς· καὶ οὕτω κόμην πυρὸς ὑπὸ τὸν αἰθέρα, κατωτέρω τῶν πλανητῶν.

Ποσειδώνιος, πυρὸς σύστασιν ἄστρου μὲν μανοτέραν, αὐγῆς δὲ πυκνοτέραν.

β΄.

Περὶ κομητῶν καὶ διαττόντων, καὶ δοκίδων.

B Τῶν ἀπὸ Πυθαγόρου τινὲς μὲν ἀστέρα φασὶν εἶναι τὸν κομήτην τῶν οὐκ ἀεὶ φαινομένων, διὰ τινος δὲ ὡρισμένου χρόνου περιοδικῶς ἀνατελλόντων· ἄλλοι δὲ, ἀνάκλασιν τῆς

A. 10. μανωτέραν—πυκνοτέραν] Recepi hoc a Stobæo. Vulgo, λαμπρότερον, αὐγῆς δὲ πυκνότερον. Pro λαμπρότερον, varias lectiones in margine habent E. ἀραιότερον et ἀμαυρότερον, Voſſ. ἀραιότερον.

ANAXAGORAS, umbram terræ ea in parte cœli inſiſtere, cum Sol infra terram delatus non totum illuminat.

DEMOCRITUS, ſplendoris collectionem et denſationem, a multis, iiſque parvis et continentibus ſtellis collucentibus profecti.

ARISTOTELES, incendium vaporis ſicci, multique et continui: itaque crinitum etiam ignem fieri infra æthera, ſub planetis.

POSIDONIUS, ignis compagem, ſtella tenuiorem, ſplendore denſiorem.

II.

De Cometis, Trajicientibus, ac Trabibus.

PYTHAGOREORUM quidam Cometam putant eſſe ſtellam ex earum numero, quæ non ſemper videantur, ſed ſtatis temporibus, ambitu certo peracto exoriantur. Alii, re-

ἡμετέρας ὄψεως πρὸς τὸν Ἥλιον, παραπλησίως τοῖς κατοπτρικοῖς ἐμφάσεσιν.

Ἀναξαγόρας, Δημόκριτος, σύνοδον ἀστέρων δυεῖν ἢ καὶ πλειόνων κατὰ συναυγασμόν.

Ἀριστοτέλης, τὴν ἐκ τῆς ξηρᾶς ἀναθυμιάσεως διάπυρον σύστασιν.

Στράτων, ἄστρου φῶς περιληφθὲν νέφει πυκνῷ, καθάπερ ἐπὶ τῶν λαμπτήρων γίνεται.

Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς, νέφος μετάρσιον ὑπὸ μεταρσίου φωτὸς καταυγαζόμενον. Ὁμοίως δ' αἰτιολογεῖ πωγωνίαν, ἅλω, δοκίδα, κίονα, καὶ τὰ συγγενῆ τούτοις, καθάπερ ἀμέλει πάντες οἱ Περιπατητικοὶ, παρὰ τοὺς τῶν νεφῶν ταυτὶ γίνεσθαι σχηματισμούς.

Ἐπιγένης, πνεύματος ἀναφορὰν γεωμιγοῦς πεπυρωμένου.

Βοηθὸς, ἀέρος ἀνειμένου φαντασίαν.

C. 7. ταυτὶ] Sic var. lect. Voſſ. Vulgo, ταύτῃ. Stob. ταῦτα.
Ç. 10. ἀνειμένου] Stob. ἀνημμένου, probantibus Mez. et Corſin.

flectionem noſtri viſus ad Solem: quomodo in ſpeculis quædam apparent.

Anaxagoras, Democritus, coïtum ſtellarum duarum aut plurium fulgorem ſuum conjungentium.

Aristoteles, igneam coagmentationem ex vapore ſicco enatam.

Strato, lumen ſideris nube comprehenſum denſa, ſicut fit in lucernis.

Heraclides Ponticus, nubem in ſublimi a ſublimi lumine illuſtratam: eandem etiam pogoniæ, hoc eſt barbatæ ſtellæ cauſſam adſignat: ab his trabiformem, columnarem, aliaſque cognatas harum impreſſiones differre itidem, ut Peripatetici, ſtatuit pro ratione figuræ in quam nubes conformatur.

Epigenes, elationem in ſublime ſpiritus terra permixti et accenſi.

Boethus, imaginem ab aëre ſoluto oblatam.

Διογένης, ἀστέρας εἶναι τοὺς κομήτας.

Ἀναξαγόρας, τοὺς καλουμένους διάττοντας ἀπὸ τοῦ αἰθέρος, σπινθήρων δίκην, καταφέρεσθαι, διὸ καὶ παραυτίκα κατασβέννυσθαι.

D Μητρόδωρος, τὴν εἰς τὰ νέφη τοῦ Ἡλίου βιαίαν ἔμπτωσιν σπινθηρίζειν.

Ξενοφάνης, πάντα τὰ τοιαῦτα τῶν νεφῶν πεπυρωμένων συστήματα ἢ κινήματα.

γ΄.

Περὶ βροντῶν, ἀστραπῶν, κεραυνῶν, πρηστήρων καὶ τυφώνων.

Ἀναξίμανδρος, ἐκ τοῦ πνεύματος ταυτὶ πάντα συμβαίνειν· ὅταν γὰρ περιληφθὲν νέφει παχεῖ, βιασάμενον ἐκπέσῃ, τῇ λεπτομερείᾳ καὶ τῇ κουφότητι, τότε ἡ μὲν ῥῆξις τὸν ψόφον, ἡ δὲ διαστολὴ παρὰ τὴν μελανίαν τοῦ νέφους τὸν διαυγασμὸν ἀποτελεῖ.

E Μητρόδωρος, ὅταν εἰς νέφος πεπηγὸς ὑπὸ πυκνότητος ἐμπέσῃ πνεῦμα, τῇ μὲν θραύσει τὸν κτύπον ἀποτε-

Diogeni viſum fuit, crinitas iſtas apparitiones, qui cometæ dicuntur, eſſe ſtellas.

Anaxagoras *diattontas*, hoc eſt ignes trajicientes ab æthere ſcintillarum inſtar deferri: quæ etiam cauſſa ſit, ut ſtatim exſtinguantur.

Metrodorus, elici ſcintillas violenta ſolis in nubem impreſſione.

Xenophanes, omnia id genus compactum aliquid aut motum eſſe nubium ignitarum.

III.

De Tonitrubus, Fulguribus, Fulminibus, Preſteribus, Typhonibus.

Anaximander, iſta omnia gigni ab aëre. Cum enim is denſa comprehenſus nube vi erumpit ob ſuam partium tenuitatem ac levitatem, ruptura ſonitum edi: divulſione juxta nigredinem nubis, fulgorem.

Metrodorus, cum in nubem craſſitie concretam ventus incidit, eum perfractione nubis ſonitum edere: ictu au-

λεῖ, τῇ δὲ πληγῇ καὶ τῷ σχισμῷ διαυγάζει, τῇ δὲ ὀξύτητι τῆς φορᾶς προσλαμβάνον τὴν ἀπὸ τοῦ Ἡλίου θερμότητα κεραυνοβολεῖ, τοῦ δὲ κεραυνοῦ τὴν ἀσθένειαν εἰς πρηστῆρα περιΐστησιν.

B. 3. ἀγρίους καὶ ἐναντίους] Neutrum placet: poſtremum quidem mutem in ἐν- αυσίους, quod Amiot. expreſſit.

B. 4. ἀλλ' * ἤδη] Forte ἀλλὰ λεπτότητα ἤδη: quod Xyl. reddidit vertendo.

hinc in caput hac devolutorum. Etenim ridiculum eſt dubitare an ibi manſio ſit, ſi ortui locus nullus datur. Nam cum Ægyptii et Troglodytæ, quorum uno die quotannis Sol per momentum temporis in ſolſtitio capitibus imminet, mox diſcedens, tantum non comburantur ob aëris ſiccitatem; an credibile eſt eos qui in Luna ſunt quotannis duodecim perferre poſſe ſolſtitia, ſingulis menſibus Sole in plenilunio ſupra capita eorum inſiſtente? Jam flatus, nubes, imbreſque, ſine quibus neque naſci neque natæ durare poſſunt plantæ, ibi coïre, ne cogitari quidem poteſt, in tanto calore, tanta tenuitate ambientis; quando ne apud nos quidem altorum montium vertices feris iſtis annuiſque tanguntur tempeſtatibus: ſed aër ibi jam tenuis, motuque ob

σκεπτικός ὁ ἀὴρ, ἐκφεύγει τὴν σύστασιν ταύτην καὶ πύκνωσιν· εἰ μὴ, νὴ Δία, φήσομεν, ὥσπερ ἡ Ἀθηνᾶ τῷ Ἀχιλλεῖ νέκταρός τι καὶ ἀμβροσίας ἐνέσταξε μὴ προσιεμένῳ τροφὴν, οὕτω τὴν Σελήνην, Ἀθηνᾶν λεγομένην καὶ οὖσαν, τρέφειν τοὺς ἄνδρας ἀμβροσίαν ἀνεῖσαν αὐτοῖς ἐφημέριον, ὡς Φερεκύδης ὁ παλαιὸς οἴεται σιτεῖσθαι αὐτοὺς θεούς. Τὴν μὲν γὰρ Ἰνδικὴν ῥίζαν, ἥν φησι Μεγασθένης μήτε ἐσθίοντας, μήτε πίνοντας, ἀλλ' ἀστόμους ὄντας ὑποτύφειν καὶ θυμιᾷν, καὶ τρέφεσθαι τῇ ὀσμῇ, πόθεν ἄν τις ἐκεῖ φυομένην λάβοι, μὴ βρεχομένης τῆς Σελήνης;

κε΄. Ταῦτα τοῦ Θέωνος εἰπόντος * γε ἔφην καὶ ἄριστα τῇ παιδιᾷ τοῦ λόγου τὰς ὀφρῦς * ἃ καὶ θάρσος ἡμῖν ἐγγίνεται πρὸς τὴν ἀπόκρισιν, μὴ πάνυ πικρὰν μηδὲ αὐστηρὰν εὐθύνην περιδοκῶσι· καὶ γὰρ ὡς ἀληθῶς τῶν σφόδρα

B. 10. αὐτοὺς θεούς] Forte τοὺς θεούς, vel αὐτοὺς τοὺς θεούς.
C. 2. ἀστόμους] Sic Baſ. Xyl. Leonic. Schott. Amiot. Steph. Nec tamen omni ſpecie caret Ald. B. E. εὐστόμους.
C. 5. εἰπόντος * —καὶ θάρσος] Forte, εἰπόντος, Κάλλιστά γε, ἔφην, καὶ ἄριστα τῇ παιδιᾷ τοῦ λόγου τὰς ὀφρῦς ἡμῶν ἀνῆκας, δι' ἃ καὶ θάρσον—.
C. 7. πικρὰν] Sic margo B. et verterunt Amiot. et Xyl. Vulgo, μικράν.
C. 8. περιδοκῶσι] προσδοκῶσι E. T.

levitatem ſuo præditus, coitionem iſtam et denſationem effugit. Niſi, mehercle, dicere velimus, quo modo Achillem Minerva, nutrimentum reſpuentem, nectare et ambroſia inſtillatis aluit, ita Lunam quoque, ut quæ Minerva dicitur atque eſt, quotidie ambroſiam exhibendo iſtos homines nutrire: quemadmodum ipſos deos Pherecydes ille priſcus paſci putavit. Nam Indica illa radix, quam ait Megaſthenes eos qui nihil bibant edantque, ſed ore prorſus careant, ſuffire, itaque odore vitam tueri ſuam, unde nata illic ſumatur, cum nulla Lunam riget pluvia?

XXV. Cum hæc Theon dixiſſet, Recte dicebam, et optime joco ſermonis ſupercilia nobis in hilaritatem ſolviſti: unde et audacia nos ſubit ad reſpondendum animans, cum non admodum acerbum auſterumve exſpectemus judicium. Profecto enim in eadem ſunt culpa cum iis

πεπεισμένων τὰ τοιαῦτα διαφέρουσιν οἱ σφόδρα δυ χεραίνοντες αὐτοῖς καὶ διαπιστοῦντες, ἀλλὰ μὴ τὸ δυνατὸν καὶ τὸ ἐνδεχόμενον ἐθέλοντες ἐπισκοπεῖν. Εὐ οὖν τὸ πρῶτον, οὐκ ἀναγκαῖόν ἐστιν, εἰ μὴ κατοικοῦσιν ἄν πωι τὴν Σελήνην, μάτην γεγονέναι καὶ πρὸς μηδέν. Οὐ δὲ γὰρ τήνδε τὴν Γῆν δι' ὅλης ἐνεργὸν οὐδὲ προσοικουμ ὁρῶμεν, ἀλλὰ μικρὸν αὐτῆς μέρος ὥσπερ ἄκραις τισὶ χερρονήσοις ἀνέχουσιν ἐκ βυθοῦ γόνιμόν ἐστι ζώων καὶ φ τῶν, τῶν δὲ ἄλλων τὰ μὲν ἔρημα καὶ ἄκαρπα χειμῶσι καὶ αὐχμοῖς, τὰ δὲ πλεῖστα κατὰ τῆς μεγάλης δέδυκε θα λάσσης. Ἀλλὰ σὺ τὸν Ἀρίσταρχον ἀγαπῶν ἀεὶ καὶ θαυ μάζων, οὐκ ἀκούεις Κράτητος ἀναγινώσκοντος,

> Ὠκεανός, ὅσπερ γένεσις πάντεσσι τέτυκται
> Ἀνδράσιν ἠδὲ θεοῖς, πλείστην ἐπὶ γαῖαν ἵησιν.

Ἀλλὰ πολλοῦ δεῖ μάτην ταῦτα γεγονέναι· καὶ γὰρ ἀνα

C. 9. διαφέρουσιν] Forte, οὐδὲν διαφέρουσιν, ut vertit Xyl.
D. 8. ἀναγινώσκοντος] Sic E. et vertit Xyl. Vulgo, ἀναγινώσκων.

qui nimiam hujuſmodi rebus adhibent illi, qui nimis offenduntur iis, omnemque fidem derogant, neque animo æquo volunt quid fieri poſſit, quid contingat, diſpicere. Initio itaque primum illud non eſt neceſſarium, ſi homines Lunam non inhabitent, fruſtra eam et nullius rei gratia factam. Nam hanc ipſam noſtram quoque Terram videmus non totam feracem et habitatam eſſe, cujus exigua quædam pars quaſi promontoriis et peninſulis e profundo exſtantibus animalia gign plantas: cetera aut ob mes et ſiccitatem deſert ſterilia ſunt, aut, quæ m maxima eſt terræ portio magnum demerſa mare. tu, qui Ariſtarchum ſe diligis atque admiraris, audis Cratetem, quando i legit,

> *Præbuit Oceanus cunctis primord*
> *vis,*
> *Atque hominum generi, et terrah*
> *undique late.*

Longe vero abeſt, ut fruſtra dicantur exſtitiſſe.

μιάσεις ἡ θάλασσα μαλακὰς ἀνίησι καὶ τῶν πνευμάτων ἥδιστα θέρους ἀκμάζοντος· ἐκ τῆς ἀοικήτου καὶ κατεψυγμένης αἱ χιόνες ἀτρέμα διατηκόμεναι χαλῶσι καὶ διασπείρουσιν· ἡμέρας τε καὶ νυκτὸς ἕστηκεν ἀτρεκὴς ἐν μέσῳ φύλαξ, κατὰ Πλάτωνα, καὶ δημιουργός. Οὐδὲν οὖν κωλύει καὶ τὴν Σελήνην ζώων μὲν ἔρημον εἶναι, παρέχειν δὲ ἀνακλάσεις τῷ φωτὶ περὶ αὐτὴν διαχεομένῳ, καὶ συρροίας ταῖς τῶν ἀστέρων αὐγαῖς ἐν αὐτῇ καὶ σύγκρασιν, ἣ συνεκπέττει τε τὰς ἀπὸ τῆς Γῆς ἀναθυμιάσεις, ἅμα τε καὶ τῷ Ἡλίῳ τὸ ἔμπυρον ἄγαν καὶ σκληρὸν ἀφίησι. Καὶ πολύ τι καὶ παλαιᾷ φήμῃ διδόντες, Ἄρτεμιν αὐτὴν νομισθῆναι φήσομεν, ὡς παρθένον καὶ ἄγονον, ἄλλως δὲ βοηθητικὴν καὶ ὠφέλιμον. Ἐπεὶ τῶν γε εἰρημένων οὐδὲν ὠφελεῖν Θέων ἀδύνατον δείκνυσι τὴν λεγομένην ἐπ' αὐτῆς οἴκησιν. Ἥ τε γὰρ δίνη πολλὴν ἔχουσα πρᾳότητα καὶ γαλήνην

F. 3. τῷ Ἡλίῳ—ἀφίησι] Forte, τοῦ Ἡλίου—ἀνίησι.
F. 3. Καὶ πολύ τι] Corrigo, Καὶ πού τι.
F. 5. ἄλλως] An, ἄλλοις?
F. 6. οὐδὲν ὠφελεῖν Θέων ἀδύνατον] Legendum, οὐδὲν, ὦ φίλε Θέων, ἀδύνατον—ut jam Xyl. monuit, idemque et Amiot. vertit.

enim mare exhalationes molles edit et jucundiſſimos flatus, vere adulto: quando ex inculta et gelida terra nives paulatim liquatæ diffluunt: *diei que et noctis ſtat fidelis in medio cuſtos atque opifex*, ut ait Plato. Nihil ergo obſtat, quin Luna etiam animantium vacua præbeat reflexiones lumini circa ipſam diffuſo, et confluxum radiis aſtrorum ac contemperationem, quo adjuta concoquat exhalationes e Terra elatas, ſimulque ſolis nimium fervorem mitiget. Et nimirum etiam aliquid antiquæ tribuentes famæ, Dianam eam dictam ſtatuemus, utpote virginem et infœcundam, alias auxiliarem et utilem. Nam eorum, quæ abs te, mi Theon, allata ſunt, nihil eſt quod oſtendat fieri non poſſe ut in Luna quis habitet. Quippe circumagitatio iſta multam habens lenitatem et tranquillitatem, aërem de-

ἐπιλεαίνει τὸν ἀέρα, καὶ διαμένει συγκατακοσμ[ούμενη]
ὥστε μηδὲν εἶναι δέος ἐκπεσεῖν καὶ ἀποσφαλῆναι τοὺς ἐν[...]
βεβιωκότας. Εἰ δὲ μηδὲ αὐτὴ, καὶ τὸ ποικίλον τοῦτο τῆ[ς]
φορᾶς καὶ πεπλανημένον ἐκ ἀνωμαλίας οὐδὲ ταραχ[ῆς]
ἐστὶν, ἀλλὰ θαυμαστὴν ἐπιδείκνυνται τάξιν ἐν τούτοις καὶ π[...]
ρείαν οἱ ἀστρόλογοι, κύκλοις τισὶ περὶ κύκλους ἑτέρους ἀ[να]-
λιττομένοις συνάγοντες αὐτὴν, οἱ μὲν ἀτρεμοῦσαν, οἱ [...]
λείως καὶ ὁμαλῶς ἀεὶ τάχεσι τοῖς αὐτοῖς ἀνθυποφερομέ-
νην· αὗται γὰρ αἱ τῶν κύκλων ἐπιβάσεις καὶ περιαγωγαὶ κ[αὶ]
σχέσεις πρὸς ἀλλήλους καὶ πρὸς ἡμᾶς, τὰ φαινόμενα τῆ[ς]
κινήσεως ὕψη καὶ βάθη, καὶ τὰς κατὰ πλάτος παραλλάξ[εις]
ἅμα ταῖς κατὰ μῆκος αὐτῆς περιόδοις ἐμμελέστατα συμ-
περαίνουσι. Τὴν δὲ πολλὴν θερμότητα καὶ συνεχῆ πύρωσιν
ὑπὸ Ἡλίου οὐ παύσῃ φοβούμενος, ἂν πρῶτον μὲν ἀν-

F. 9. διαμένει] Immo, διανέμει.
A. 2. βεβιωκότας] Rectius βεβηκότας T.
A. 2. Εἰ δὲ μηδὲ αὐτὴ, καὶ τὸ ποικίλον] Forte, Ἔτι δὲ, νὴ Δί', αὐτό γε τὸ ποικίλον.
A. 6. ἀτρεμοῦσαν] Sententia loci videtur poſtulare ἀνισοδρομοῦσαν vel aliquid certe hujus ſignificationis.
A. 9. ἀλλήλους] Sic B. E. Vulgo, ἄλληλα.
B. 3. οὐ παύσῃ] Delendum οὐ.

mulcet atque diſtribuit: ut nullus ſit metus excidendi ac præcipitationis iis qui ibi degunt. Tum ipſa motus varietas vagæque converſiones non ab inæqualitate ſunt aut conturbatione: ſed admirabilem Aſtrologi demonſtrant in his ordinem, circulis eam accommodantes circa alios circulos ſeſe evolventibus, alii quieſcentem ipſam, alii placide et æqualiter eadem ſemper celeritate ſeſe moventem: hæ enim circulorum adſcenſiones, et circumductiones, atque inter ſe et ad nos habitus, eas quæ in motu Lunæ animadvertuntur altitudines, profunditates, et latitudinum diverſitates, ſimul cum converſione ſecundum longitudinem, exactiſſime conficiunt. Magnum autem illum et continentem æſtum Solis metuere deſines, primum ſi unde-

θῇς ταῖς ἕνδεκα θεριναῖς συνόδοις τὰς πανσελήνους, εἶτα τὸ συνεχὲς τῆς μεταβολῆς ταῖς ὑπερβολαῖς χρόνον οὐκ ἐχούσαις πολὺν, ἐμποιεῖν κρᾶσιν οἰκείαν, καὶ τὸ ἄγαν ἑκατέρας ἀφαιρεῖν, τὰ μέσα δὲ τούτων, ὡς εἰκὸς, ὥραν ἔαρι προσφορωτάτην ἔχουσιν. Ἔπειτα πρὸς μὲν ἡμᾶς καθίησι δι' ἀέρος θολεροῦ, καὶ συνεπερείδων τὴν θερμότητα ταῖς ἀναθυμιάσεσι τρεφομένην· ἐκεῖ δὲ λεπτὸς ὢν καὶ διαυγὴς ὁ ἀὴρ σκίδνησι καὶ διαχεῖ τὴν αὐγὴν, ὑπέκκαυμα καὶ σῶμα μηδὲν ἔχουσαν. Ὕλην δὲ καὶ καρποὺς αὐτοὶ μὲν ὄμβροι τρέφουσιν, ἑτέρως δὲ, ὥσπερ ἄνω περὶ Θήβας παρ' ὑμῖν καὶ Συήνην, οὐκ ὄμβριον ὕδωρ, ἀλλὰ γηγενὲς ἡ γῆ πίνουσα, καὶ χρωμένη πνεύμασι καὶ δρόσοις, οὐκ ἂν ἐθελήσειεν, οἶμαι, τῇ πλεῖστον ὑομένῃ πολυκαρπίᾳ συμ-

B. 6. ἐχούσαις] Dedi ex E. pro ἐχούσης. Aliæ ſuperſunt corruptelæ per hunc locum; quem ita verti ac ſi legeretur—ἐχούσαις πολὺν, ἐμποιοῦν κρᾶσιν οἰκείαν—ἀφαιροῦν—προσφορωτάτην ἔχειν.

B. 9. ἡμᾶς καθίησι] Inter duas has voces excidiſſe videtur ὁ Ἥλιος.

C. 3. αὐτοὶ—ἑτέρως] Legendum, αὐτοῦ—ἑτέρωθι: qua ſententia verterunt Amiot. et Xyl.

C. 6. συμφέρεσθαι] Sic Leonic. Schott. Anon. item tres Græco-Latinæ et verterunt Amiot. et Xyl. Nam Steph. συμφύρεσθαι. Ald. Baſ. Xyl. B. E. συμφαίνεσθαι.

cim iſtis æſtivis coitibus totidem plenilunia opponas: deinde continuitatem mutationis opponas exſuperantiæ caloris non multum habenti temporis, commodum utrimque temperamentum efficientem, auferentem id quod in utroque nimium eſt, largientem utriuſque medium quod conſtat tempeſtate ſimillima vernæ. Præterea Solis lumen ad nos defertur per aërem turbidum, atque in nos infligit calorem exhalationibus nutritum: illic autem tenuis eſt aër et pellucidus, diffunditque et diſſipat ſplendorem nullo fomite, nullo corpore ſuſtentatum. Materiam porro et fruges hiſce in locis alunt pluviæ: alibi autem, ut apud vos in ſuperiore Ægypto ad Thebas et Syenem, non pluviam aquam, ſed e terra natam bibens ager, ventis ac rore utens, virtute ſua ac temperie fretus, comparari ſe

φέρεσθαι, δι' ἀρετήν τινα καὶ κρᾶσιν. Τὰ δὲ αὐτὰ φυτὰ τῷ γένει, παρ' ἡμῖν μὲν, εἰ σφόδρα πιεσθῇ χειμῶσιν, ἐκφέρει πολὺν καὶ καλὸν καρπόν· ἐν δὲ Λιβύῃ, καὶ παρ' ὑμῖν ἐν Αἰγύπτῳ, δύσριγα κομιδῇ καὶ ἀσθενῆ πρὸς χειμῶνάς ἐστι. Τῆς δὲ Γεδρωσίας καὶ Τρωγλοδύτιδος, ἣ καθήκει πρὸς τὸν ὠκεανὸν, ἀφόρου διὰ ξηρότητα, καὶ ἀδένδρου παντάπασιν οὔσης, ἐν τῇ περικλυζούσῃ καὶ περικεχυμένῃ θαλάττῃ θαυμαστὰ μεγέθη φυτῶν τρέφεται καὶ κατὰ βυθοῦ τέθηλεν· ὧν τὰ μὲν ἐλαίας, τὰ δὲ δάφνας, τὰ δὲ Ἴσιδος τρίχας καλοῦσιν. Οἱ δὲ ἀνακαμψέρωτες οὗτοι προσαγορευόμενοι, τῆς γῆς ἐξαιρεθέντες, οὐ μόνον ζῶσι κρεμάμενοι χρόνον ὅσον βούλεταί τις, ἀλλὰ βλαστάνουσιν, * σπείρεται δὲ τὰ μὲν πρὸς χειμῶνος, τὰ δὲ θέρους ἀκμάζοντος ὥσπερ σήσαμον καὶ μέλινη· τὸν δὲ θύ

D. 8. χρόνον] Additum ex B. E.

D. 9. βλαστάνουσιν, * σπείρεται] Nil excidiſſe, ſed lacunæ ſignum non ſuo loco poſitum, videtur.

D. 9. πρὸς χειμῶνος—θύμον ἢ] Repoſuimus hæc ex B. E. Vulgo nil adeſt niſi ὡς. Ceterum, τὸν δὲ θύμον, mutandum in ὁ δὲ θύμος.

cum Terra plurimis irrigua pluviis, ubertatis cauſſa, non patiatur. Jam ejuſdem generis ſtirpes apud nos, ſi vehementer adfligantur hybernis tempeſtatibus, pulchrum et multum fructum producunt: in Africa, et apud vos in Ægypto, admodum ſunt frigoris et hyemis impatientes. Gedroſiæ etiam et Troglodyticæ regionis ea pars quæ ad Oceanum pertingit, ſterilis omnino eſt ob ſiccitatem, et arboribus caret: at in mari vicino quo alluitur, inuſita magnitudinis plantæ naſcı tur, et ex profundo pul lant: quarum alias oleas, lias lauros, alias crines Iſi nominant: et qui vocan anacampſerotes, (quaſi an rem poſtliminio reducen dicas) e terra evulſi, non r do vivunt ſuſpenſi quanto q velit tempore, ſed etiam g minant. Seminantur aut alia quidem hyeme, alia gente æſtate ut ſeſamum meline: allium vero et c

τὸ κενταύριον ἂν εἰς ἀγαθὴν καὶ πίονα σπαρῇ χώραν ἔχηται καὶ ἄρδηται, τὴν κατὰ φύσιν ἐξίσταται ποιότητος, καὶ ...λλει τὴν δύναμιν, αὐχμῷ δὲ χαίρει, καὶ πρὸς τὸ ἐπιδίδωσιν· εἰ δὲ, ὥς φασιν, οὐδὲ τὰς δρόσους ἀ- καθάπερ τὰ πλεῖστα τῶν Ἀραβικῶν, ἀλλ᾽ ἐξα- ίνται λειαινόμενα καὶ φθείρεται, τί δὴ θαυμαστὸν ἐστὶν, ...νται περὶ τὴν Σελήνην ῥίζαι καὶ σπέρματα καὶ μηθὲν ὑετῶν δεόμενα μήτε χειμώνων, ἀλλὰ πρὸς ἀέρα καὶ λεπτὸν εὐφυῶς ἔχουσαι; Πῶς δὲ οὐκ ...ἀνιέναι τε πνεύματα θαλπόμενα τῇ Σελήνῃ, καὶ ...λῳ τῆς περιφορᾶς αὔρας τε παρομαρτεῖν ἀτρέ- ...καὶ δρόσους καὶ ὑγρότητας ἐλαφρὰς περιεχούσας καὶ ...πειρομένας ἐπαρκεῖν τοῖς βλαστάνουσιν, αὐτῇ δὲ τῇ μὴ πυρώδη, μηδὲ αὐχμηρὰν, ἀλλὰ μαλακὴν καὶ

...ινόμενα] Legendum διαινόμενα, ut verterunt Amiot. et Xyl.

...ς θερινὸν] Sic Steph. conſentientibus Leonic. Schott. Anon. Exempl. Turneb. Xyl. verſ. At T. V. Anon. Amiot. πρὸς ξηρόν. Ald. Baſ. Xyl. B. E. πρόσθερον.

Σελήνῃ—αὐτῇ δὲ τῇ κράσει—] Nexus deſideratur, forte ita reſtituendus —τὴν Σελήνην—περιέχουσαν, διασπειρομένας ἐπαρκεῖν τοῖς βλαστάνουσιν· αὐτὴν δὲ τῇ κράσει—ὑδροποιὸν εἶναι. Poſtremum hoc εἶναι addidi ex B. E.

...n, ſi feratur in bonam ...uem terram, ac rige- ...n qualitatemque ſuam ...em amittit, ſiccitate ..., inque ea ſuam natu- ...vat. Quod ſi, ut aiunt, ...m quidem tolerant, ut ...e Arabicorum, quæ ſi- ...tque humectata ſunt, ...t; quid miri eſt, ſi in radices, ſemina, plan- naſcuntur nihil pluvia- ...e indigentes aut hye-

mis: ſed æſtivo et tenero aëre, ad naturam ipſorum accommodato contentæ? Qui autem non ſit probabile emitti ſpiritus qui a Luna calore afficiantur? et converſionis ejus agitationi comitari ſenſim auras, leveſque rores et humores, qui circumfuſi alimentum plantis ſufficiant? cum quidem ipſius Lunæ temperies non ſit ignea, non ſqualida, ſed mollis et aquoſa. Nam

ὑδροποιὸν ἐστι); ξηρότητος μὲν γὰρ οὐδὲ
ἀπ' αὐτῆς πρὸς ἡμᾶς, ὑγρότητος δὲ πολλὴ
τητος, αὐξήσεις φυτῶν, σήψεις κρεῶν, τρ
οἴνων, μαλακότητες ξύλων, εὐτοκίαι γυναι
δὲ ἡσυχάζοντα Φαρνάκην αὖθις ἐρεθίζειν καὶ
νοῦ τε πλημμύρας, ὡς λέγουσιν αὐτοί, καὶ
δόσεις διαχεομένων καὶ αὐξανομένων ὑπὸ τῆς Σελ
ἀνυγραίνεσθαι, παραπιθέμενος. Διὸ πρὸς σὲ
μᾶλλον, ὦ φίλε Θέων· λέγεις γὰρ ἡμῖν ἐξηγούμεν
τὰ Ἀλκμᾶνος,

—— Διὸς θυγάτηρ ἔρσα τρέφει
Καὶ Σελάνας δίας,

ὅτι νῦν τὸν ἀέρα καλεῖ, καὶ Δία φησὶν αὐτὸν ὑπὸ
λήνης καθυγραινόμενον εἰς δρόσους τρέπεσθαι. Κιν

F. 6. σήψεις] Sic B. E. Vulgo, πέψεις.
A. 1. ὠκεανοῦ τε] Ita Baſ. Xyl. Amiot. ex T. neſcio utrum ex conject veteribus libris: certe, re ipſa poſtulante. Ald. B. E. ὥστι γαὶ, unde Anon. et T. ὥστε ἀναγωγαί.
A. 3. διαχεομένων] Sic B. E. Vulgo, διαδεχομένων.
A. 9. Δία φησὶν] Vetus hæc eſt lectio revocata ex Ald. Baſ. Xyl. B. certe vulgata διάφυσιν, quam neſcio unde protulit Steph. inte abſolvemus corrigendo—τὸν ἀέρα καλεῖ Δία, καί φησιν αὐ Xyl.

ad nos a Luna nulla pervenit ſiccitatis effectio, multæ humiditatis, et fœmineæ ubertatis: ut ſunt plantarum incrementa, putrefactiones carnium, mutationes et ad vappam inclinationes vini, lignorum putredo, fertilitas mulierum. Vereor autem quieſcentem Pharnacem rurſum irritare et commovere, ſi Oceani æſtum, ut ipſi dicunt, fre-

torumque incremen
cam, humore a Luna
creſcentium ac ſe dif
um. Itaque ad te
convertam, mi Th
enim nobis Alcma
exponens,

Qualia Jovis et Lunæ p
cit:

Jovis nomine aërem
telligi, qui a Luna
tus in rorem verta

[illegible] χαῖρε, πρὸς τὸν Ἥλιον ἀντιπαθῆ φύσιν ἔχειν· εἴγε [illegible]ον ὅσα πυκνοῖ καὶ ξηραίνει ἐκεῖνος, αὐτὴ μαλάσ-[illegible] διαχεῖν πέφυκεν, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀπ' ἐκείνου θερμότητα [illegible]γραίνειν καὶ καταψύχειν προσπίπτουσαν αὐτῇ καὶ [illegible]γνυμένην. Οἵ τε δὴ τὴν Σελήνην ἔμπυρον σῶμα καὶ [illegible]αές εἶναι νομίζοντες ἁμαρτάνουσιν· οἵ τε τοῖς ἐκεῖ ζώοις, [illegible] τοῖς ἐνταῦθα πρὸς γένεσιν καὶ τροφὴν καὶ δίαιταν [illegible]ντης ὑπάρχειν, ἐοίκασιν ἀθέατοι τῆς περὶ φύσιν ἀνω-[illegible]λίαν, ἐν αἷς μείζονάς ἐστι καὶ πλείονας πρὸς ἄλληλα [illegible]ζώων, ἢ πρὸς τὰ μὴ ζῶα διαφορὰς καὶ ἀνομοιότητας [illegible]εῖν. Καὶ ἄστομοι μὲν ἄνθρωποι καὶ ὀσμαῖς τρεφόμενοι [1] ἔστωσαν, εἰ μὴ * μὴ δοκοῦσι· τήν τε Ἀμμώνιος ἡμῖν [illegible]τὸς ἐξηγεῖτο δύναμιν, ᾐνίξατο μὲν Ἡσίοδος, εἰπών,

Οὐδ' ὅσον ἐν μαλάχῃ τε καὶ ἀσφοδέλῳ μέγ' ὄνειαρ·

1. μὴ ἔστωσαν—δύναμιν] Forte, μὴ ἔστωσαν, οἳ μηδὲ εἶναί μοι δοκοῦσι· ἣν δὲ Ἀμμώνιος ἡμῖν αὐτὸς ἐξηγεῖτο δύναμιν.

[illegible] enim, amice, reditura res videtur, ut Luna adverſam plane Soli naturam habere cenſeatur; ſiquidem non modo quæ denſare ille et ſiccare ſolet, ipſa relaxat atque humectat: ſed calorem quoque ab eo profectum in ipſam humore et frigore mutare poſſit. Enimvero hi errant, qui Lunam ignitum corpus eſſe atque ardere putant: neque ii, qui eadem animalibus in Luna ad ortum et victum neceſſaria putant quæ noſtratia requirunt, videntur unquam conſideraſſe diverſitatem naturæ: quæ quidem major eſt ac numeroſior inter ipſa animalia, quam ſunt diſcrimina animalium et vitæ expertium. Ac demus ſane non eſſe homines qui ore carentes, unice vivant odoribus: ut profecto ne eſſe quidem videntur. Quam vero Ammonius nobis ipſe medicam vim enarravit, eamdem obſcure etiam ſignificavit Heſiodus his verbis:

Nec quanta aſphodeli aut quæ ſint compendia malvæ;

ἔργῳ δὲ ἐμφανῆ παρέσχεν Ἐπιμενίδης, διδάξας ὅτι μικρῷ παντάπασιν ἡ φύσις ὑπεκκαύματι ζωπυρεῖ καὶ συνέχει τὸ ζῷον, ἂν ὅσον ἐλαίας μέγεθος λάβῃ, μηδεμιᾶς ἑτέρας τροφῆς δεόμενον. Τοὺς δὲ ἐπὶ τῆς Σελήνης, εἴπερ εἰσὶν, εὐσταλεῖς εἶναι τοῖς σώμασι, καὶ διαρκῶς ὑπὸ τῶν τυχόντων τρέφεσθαι, πιθανόν ἐστι. καὶ γὰρ αὐτὴν τὴν Σελήνην, ὥσπερ τὸν Ἥλιον, ζῷον ὄντα πύρινον, καὶ τῆς Γῆς ὄντα πολλαπλάσιον, ἀπὸ τῶν ὑγρῶν φασι τῶν ἐπὶ τῆς Γῆς τρέφεσθαι, καὶ τοὺς ἄλλους ἀστέρας ἀπείρους ὄντας· οὕτως ἐλαφρὰ καὶ λιτὰ τῶν ἀναγκαίων φέρειν ζῷα τὸν ἄνω τόπον ὑπολαμβάνουσιν. Ἀλλ' οὔτε ταῦτα συνορῶμεν, οὔτε ὅτι καὶ χώρα καὶ φύσις καὶ κρᾶσις ἄλλη προσφορός ἐστιν αὐτοῖς. Ὥσπερ οὖν εἰ τῇ θαλάτῃ μὴ δυναμένων ἡμῶν προσελθεῖν μηδὲ ἅψασθαι, μόνον δὲ τὴν θέαν αὐτῆς πόρρωθεν ἀφορώντων, καὶ πυνθανομένων ὅτι πικρὸν καὶ ἄποτον καὶ ἁλμυρὸν ὕδωρ ἐστὶν, ἔλεγέ τις ὡς ζῷα πολλὰ καὶ με-

D. 1. ἐπὶ τῆς Γῆς] Forte ἀπὸ τῆς Γῆς, ut T. V. Anon.

re ipſa autem planam fecit Epimenides, docens exiguo admodum fomento naturam ſuſtentare animal, ſi nutrimentum, vel olivæ quantitate, ſumat, nullo præterea indigens. Qui vero Lunam inhabitant, ſi quidem ſunt, graciles et quovis alimento fovendos apparet eſſe: quando ipſam etiam Lunam, ut et Solem, qui eſt corpus igneum et multis modis quam Terra major, ab humoribus terreſtribus ali aiunt, ac reliquas etiam ſtellas, numero immenſas. Ita facilia, ac tenuia et minimo indigentia corpora ſuperiori adſcribunt regioni. Sed neque iſta, neque hoc ſaltem attendimus, regionem, naturam, temperiemque aliam Lunaribus iſtis hominibus eſſe accommodatam. Ergo ſicut, ſi non poſſemus ad mare accedere neque id attingere, ſed tantum eminus adſpiceremus nobiſque diceretur aquam ejus amaram, ſalſam, potuique incommodam eſſe, magna au-

ἄλλα καὶ παντοδαπὰ ταῖς μορφαῖς τρέφει κατὰ βάθους, θηρίων ἐστὶ πλήρης ὕδατι χρωμένων ὅσα περ ἡμεῖς ἀέρι, μύθοις ἂν ὅμοια καὶ τέρασιν ἐδόκει περαίνειν· οὕτως ἐοίκαμεν ἔχειν, καὶ τούτους ἀσκεῖν πρὸς τὴν Σελήνην ἀπιστοῦντες ἐκεῖ τινας ἀνθρώπους κατοικεῖν. Ἐκείνους δ' ἂν οἴομαι πολὺ μᾶλλον ἀποθαυμάσαι τὴν Γῆν, ἀφορῶντας οἷον ὑποστάθμην καὶ ἰλὺν τοῦ παντὸς ἐν ὑγροῖς καὶ ὁμίχλαις καὶ νέφεσι διαφαινομένην ἀλαμπὲς καὶ ταπεινὸν καὶ ἀκίνητον χωρίον, εἰ ζῷα φύσει καὶ τρέφει μετέχοντα κινήσεως, ἀναπνοῆς, θερμότητος· κἂν εἴ ποθεν αὐτοῖς ἐγγένοιτο τῶν Ὁμηρικῶν τούτων ἀκοῦσαι,

Σμερδαλέ' εὐρώεντα, τά τε στυγέουσι θεοί περ,

καὶ

Τόσσον ἔνερθ' ἀΐδαο ὅσον οὐρανός ἐστ' ἀπὸ γαίης,

ταῦτα φήσουσιν ἀτεχνῶς περὶ τοῦ χωρίου τούτου λέγεσθαι,

E. 4. τούτους ἀσκεῖν] Legendum τὸ αὐτὸ πάσχειν, ut vertendo ſignificarunt Amiot. et Xyl.

E. 9. φύσει] Legendum φύει.

tem et multa animalia in profundo alere, et belluarum eſſe plenum, ita aqua, ut nos aëre, fruentium, fabulas et monſtrorum ſimilia dici arbitraremur: ita videmur hic quoque adfecti, dum non credimus eſſe qui in Luna degant. Ego autem iſtos qui in Luna incolunt multo magis mirari exiſtimo, cum Terram intuentur tamquam fæcem et cœnum Univerſi, per tot humores, nubes, nebulaſque apparentem, locum obſcurum, humilem, immobilem, poſſe eam animalia producere et nutrire, motu, reſpiratione, et calore prædita. Et ſicubi illis contingat audire Homerica iſthæc,

Tetra, ſituque oppleta, diis horrenda vel ipſis.

Item,

——— tum Tartarus ipſe,
Bis patet in præceps tantum, tenditque ſub umbras,
Quantus ad æthereum cæli ſuſpectus Olympum.

haud dubie cenſebunt de Terra hæc dici, et hic Tartarum,

καὶ τὸν ᾅδην ἐνταῦθα καὶ τὸν τάρταρον ἀποκεῖσθαι, Γῆν μίαν εἶναι τὴν Σελήνην, ἴσον ἐκείνων τῶν ἄνω καὶ τῶν κάτω τόπων ἀπέχουσαν.

κϛ΄. Ἔτι δέ μου σχεδὸν λέγοντος, ὁ Σύλλας ὑπολαβὼν, Ἐπίσχες, εἶπε, ὦ Λαμπρία, καὶ παραβαλοῦ τὸ θύρετρον τοῦ λόγου, μὴ λάθῃς τὸν μῦθον ὥσπερ εἰς γῆν ἐξοκείλας, καὶ συγχέῃς τὸ δρᾶμα τοὐμὸν ἑτέραν ἔχον σκηνὴν καὶ διάθεσιν. Ἐγὼ μὲν οὖν ὑποκριτής εἰμι, πρότερον δὲ ἀποφράσω τὸν ποιητὴν ὑμῖν, εἰ μή τι κωλύει, καθ' Ὅμηρον ἀρξάμενον,

Ὠγυγίη τὶς νῆσος ἀπόπροθεν εἰν ἁλὶ κεῖται,

δρόμον ἡμερῶν πέντε Βρεττανίας ἀπέχουσα πλέοντι πρὸς ἑσπέραν· ἕτεραι δὲ τρεῖς, ἴσον ἐκείνης ἀφεστῶσαι καὶ ἀλλήλων, πρόκεινται μάλιστα κατὰ δυσμὰς ἡλίου θερινάς· ὧν ἐν μιᾷ τὸν Κρόνον οἱ βάρβαροι καθεῖρχθαι μυθολογοῦσι

F. 13. τοὐμὸν] Sic B. E. Anon. τὸ ἐμὸν T. V. Vulgo, τὸ νῦν. Ald. τὰ μέν.
A. 2. κωλύει] Sic E. et margo B. Vulgo, κωλύοι. Vel ſic quid requiras: quod forte expleatur legendo ἢ εἰ μή τι κωλύει καθ' Ὅμηρον ἄρξομαι ſenſu quem in Latinis reddidimus.

ſolam Lunam eſſe terram, æquali ſpatio a ſuperioribus iſtis, et his inferioribus diſſitam.

XXVI. Nondum plane finieram ſermonem, cum Sylla interpellans, Deſine, inquit, Lampria, et ſermoni fores obde: ne imprudens fabulam tamquam navim in terram expellas, et drama confundas meum, quod alium habitum, aliam ſcenam habet. Ego autem qui actoris partes ſuſtineo, principio auctorem fabulæ vobis nominabo: aut, niſi quid impedit, Homerice ordiar,

Ogygia hinc longe vaſto jacet inſula ponto,

quinque dierum navigatione diſtans a Britannia verſus occaſum: tres autem aliæ eodem ſpatio inter ſe diſſitæ ante eam jacent, maxime verſus occaſum Solis æſtivum: in harum una barbari Saturnum fa-

πὸ τοῦ Διός, τὸν δὲ, ὡς υἱὸν, ἔχοντα φρουρὸν τῶν τε νήσων ἐκείνων καὶ τῆς θαλάττης, ἣν Κρόνιον πέλαγος ὀνομάζουσι, παρακάτω κεῖσθαι. Τὴν δὲ μεγάλην ἤπειρον, ὑφ' ἧς ἡ μεγάλη περιέχεται κύκλῳ θάλαττα, τῶν μὲν ἄλλων ἔλαττον ἀπέχειν, τῆς δὲ Ὠγυγίας περὶ πεντακισχιλίους σταδίους, κωπήρεσι πλοίοις κομιζομένῳ· βραδύπορον γὰρ εἶναι καὶ πηλῶδες ὑπὸ πλήθους ῥευμάτων τὸ πέλαγος· τὰ δὲ ῥεύματα τὴν μεγάλην ἐξιέναι γῆν, καὶ γίνεσθαι προσχώσεις ἀπ' αὐτῶν, καὶ βαρεῖαν εἶναι καὶ γεώδη τὴν θάλατταν, ᾗ καὶ πεπηγέναι δόξαν ἔχει. Τῆς δὲ ἠπείρου τὰ πρὸς τῇ θαλάττῃ κατοικεῖν Ἕλληνας περὶ κόλπον οὐκ ἐλάττονα τῆς Μαιώτιδος, οὗ τὸ στόμα τῷ στόματι τοῦ Κασπίου πελάγους μάλιστα

A. 9. τὸν δὲ—κεῖσθαι] Corruptela ſubeſſe videtur. An corrigendum, τὸν δὲ (ſcil. Saturnum) ὡς ὕπνον ἔχοντα φρουρόν.—Amiotus vertit ac ſi ſcriptum eſſet, τὸν δὲ Ὠγύγιον ἔχοντα φρουρὰν ἐκείνου τε τῶν τε νήσων—. Forte excidit quid poſt τὸν δὲ, itaque legendum, τὸν δὲ δαίμοσί τισι τὴν θεραπείαν τοῦ πατρὸς, φροντίδα αὐτοῦ ὡς υἱὸν ἔχοντα, τήν τε φρουρὰν—ὀνομάζουσι, παρακαταθέσθαι. Tale quid verti, quando Xylandri interpretatio plane a ratione abhorrebat.

B. 1. θάλαττα] Ita correxi librorum ſcripturam. Vulgo, θαλάττῃ in Ald. Baſ. Xyl. Steph. At θαλάττη, quaſi Nominativum, fecerunt tres Græco-Latinæ.

B. 3. πηλῶδες] Ita omnes libri, excepto Steph. et tribus Græco-Latinis, qui habent πυλῶδες.

bulantur fuiſſe a Jove incluſum: hunc, ut filium, cuſtodiam patris et inſularum iſtarum, et maris quod Cronium ſive Saturnium dicitur, Geniis quibuſdam mandaſſe. Magnam vero continentem, a qua magnum mare in orbem cingitur, a reliquis minus diſtare, ab Ogygia autem ad ſtadia quina millena, cum quidem remigio aptis navibus eo ſit eundum. Eſſe enim lentum trajectum maris et cœnoſum ob fluminum multitudinem, quæ a magna terra emittantur, humumque aggerent, ac mare craſſum et terrenum efficiant: unde etiam opinio invaluerit, eſſe ipſum gelu concretum. Continentis porro partes ad mare habitari a Græcis circa ſinum Mœotico haud minorem, cujus fauces ori Caſpii maris e regione maxime jaceant et ad rectam

καὶ εὐθεῖαν κεῖσθαι· καλεῖν δὲ καὶ νομίζειν ἐκείνους, ἠπ
ρώτας μὲν αὐτοὺς, νησιώτας δὲ ταύτην τὴν γῆν κατοικοῦ
ὡς καὶ κύκλῳ περίῤῥυτον οὖσαν ὑπὸ τῆς θαλάσσης· οἴε
δὲ, τοῖς Κρόνου λαοῖς ἀναμιχθέντας ὕστερον τοὺς μεθ' Ἡ
ρακλέους παραγενομένους καὶ ὑπολειφθέντας, ἤδη σβεν
μενον τὸ Ἑλληνικὸν ἐκεῖ καὶ κρατούμενον, γλώττῃ τε βαρ
βαρικῇ καὶ νόμοις καὶ διαίταις, οἷον ἀναζωπυρῆσαι πάλ
ἰσχυρὸν καὶ πολὺ γενόμενον, διὸ τιμὰς ἔχειν πρώτας τ
Ἡρακλέα, δευτέρας δὲ τὸν Κρόνον· ὅταν δὲ ὁ τοῦ Κρ
ἀστὴρ, ὃν Φαίνοντα μὲν ἡμεῖς, ἐκείνους δὲ Νυκτοῦρον, ἔφ
καλεῖν, εἰς ταῦρον παραγένηται δι' ἐτῶν τριάκοντα, παρα-
σκευασαμένους ἐν χρόνῳ πολλῷ τὰ περὶ τὴν θυσίαν τ
τὸν ἄ* ἐκπέμπειν κλήρῳ λαχόντας ἐν πλοίοις τοσούτοι
θεράπειάν τε πολλὴν καὶ παρασκευὴν ἀναγκαίαν μέλλου

C. 2. νησιώτας δὲ] Abeſt in B. E. Ald. Additum in Baſ. unde ceteræ editiones habent. Eadem opera addi debebat in fine, τούς.
C. 7. ἀναζωπυρῆσαι] Sic E. Vulgo, ἀναζωπυρεῖσθαι. Alii aliter.
C. 8. τιμὰς ἔχειν] Sic B. E. itaque verterunt Amiot. Xyl. Vulgo, καὶ ἔχειν.
D. 1. τὸν ἄ* ἐκπέμπειν—] Legendum, τὸν ἀπόπλουν, ἐκπέμπειν—ut monuit Xyl.
D. 1. ἐν πλοίοις—μέλλουσι πλεῖν] Hunc locum addidimus ex B. E. in παρασκευὴν E. non habet παρὰ, ſed ejus loco ſignum lacunæ.

lineam. Hos in ea eſſe opinione, ipſos continentem incolere, hanc autem noſtram terram eſſe inſulam, ut quæ in orbem a mari circum alluatur. Exiſtimare autem eos, Saturnio populo poſterioribus temporibus Herculis comites ſe admiſcuiſſe, ibique relictos, jam exſtinctum ferme et lingua, legibus, victuque barbaricis oppreſſum Græcum morem quaſi reſuſcitaſſe, atque auxiſſe: ideo etiam primos honores Herculi apud eos, proximos Saturno haberi: et cum Saturni ſtella, quam Græci Phænontem, quaſi lucidam, ipſi Nycturum, ut aiebat, ceu noctis cuſtodem appellant, in taurum ingreditur, quod trigeſimo quoque fit anno, tum eos jamdudum a multo tempore ad hoc paratis rebus ſacrificio et profectioni accommodatis, emittere ſorte ad hoc lectos in totidem navibus cum famulitio multo et apparatu

πλεῖν πέλαγος τοσοῦτον εἰρεσίᾳ, καὶ χρόνον ἐπὶ ξένης ἰστεύειν πολύν; ἐμβαλλομένους· ἀναχθέντας οὖν χρῆσθαι τύχαις, ὡς εἰκός, ἄλλους ἄλλαις· τοὺς δὲ διασωθέντας πέρα τῆς θαλάττης, πρῶτον μὲν ἐπὶ τὰς προκειμένας νήσους, οἰκουμένας δὲ ὑφ' Ἑλλήνων κατέχειν, καὶ τὸν Ἥλιον ὁρᾶν κρυπτόμενον ὥρας μιᾶς ἔλαττον ἐφ' ἡμέρας τριάκοντα· καὶ νύκτα τοῦτο εἶναι, σκότος ἔχουσαν ἐλαφρὸν καὶ λυκαυγὲς ἀπὸ δυσμῶν περιλαμπόμενον· ἐκεῖ δὲ διατρίψαντας ἡμέρας ἐνενήκοντα, καὶ μετὰ τιμῆς καὶ φιλοφροσύνης ἱεροὺς νομιζομένους καὶ προσαγορευομένους, ὑπὸ πνευμάτων ἤδη περαιοῦσθαι· μηδὲ ἄλλους τινὰς ἐνοικεῖν ἢ σφᾶς τε αὐτοὺς, καὶ τοὺς πρὸ αὐτῶν ἀποπεμφθέντας· ἐξεῖναι μὲν γὰρ ἀποπλεῖν οἴκαδε τοὺς τῷ θεῷ τρισκαίδεκα ἔτη συλλατρεύσαντας, αἱρεῖσθαι δὲ τοὺς πλείστους ἐπι-

D. 4. ἐμβαλλομένους—τύχαις] Omnes libri habent, ἐμβαλλομεν· οὓς ἀναχθέντας οὐ χρὴ τύχαις: quæ monſtra tandem expurganda fuerunt.

D. 7. κατέχειν] κατίσχειν B. E.

D. 10. περιλαμπόμενον] Sic B. E. Vulgo, περιπτόμενον.

E. 4. τρισκαίδεκα ἔτη] Retinui, non ut verum, ſed ut proximum veteri lectioni B. E. Ald. Baſ. Xyl. τρισκαιδεκάτῳ. Leonic. Schott. Anon. τρισκαίδεκα ἔτη, ἢ τριάκοντα, ſignificantes alterutro modo eſſe corrigendum: utrumque recepit Steph. feſtivo errore. Puto veram lectionem eſſe τριάκοντα ἔτη.

neceſſario navigaturis tantum pelagus remigio, ac longum tempus peregre moraturis. Avectos porro non eadem omnes uti fortuna: qui vero incolumes mare ſuperaverunt, primum ad præpoſitas appellere inſulas, quas Græci inhabitant: ac videre Solem per triginta dies minus etiam temporis unica hora occidere: noctemque hanc tenebras habere tenues, et lucem crepuſculi inſtar ab occaſu. Ibi cum fuerint commorati dies nonaginta, honorifice comiterque tractati, et ſacri crediti atque appellati, porro a ventis trajici eos deinceps. Ceterum neminem iſtas incolere inſulas, niſi ipſos, et quos in coloniam mittant. Licere enim navigio inde avehi, poſtquam Deo decimumtertium rite ſacra fecerint. Pleroſque tamen malle ibi manere: quoſ-

εκῶς αὐτόθι κατοικεῖν, τοὺς μὲν ὑπὸ συνηθείας, τοὺς ὅτι πόνου δίχα καὶ πραγμάτων ἄφθονα πάρεστι πα πρὸς θυσίαις καὶ χορηγίαις, ἢ περὶ λόγους τινὰς ἀε φιλοσοφίαν, διατρίβουσι. Θαυμαστὴν γὰρ εἶναι τῆς τι σου τὴν φύσιν, καὶ τὴν πρᾳότητα τοῦ περιέχοντος ἀέρος, ἐ οις δὲ καὶ τὸ θεῖον ἐμποδὼν γίνεσθαι διανοηθεῖσιν ἀ πλεῖν, ὥσπερ συνήθεσι καὶ φίλοις ἐπιδεικνύμενοι, ο ὄναρ μόνον οὐδὲ διὰ συμβόλων, ἀλλὰ καὶ φανερῶς ἐ τυγχάνειν πολλοὺς ὄψεσι δαιμόνων καὶ φωναῖς. Αὐτὸν μ γὰρ τὸν Κρόνον ἐν ἄντρῳ βαθεῖ περιέχεσθαι ἐπὶ πέτρ χρυσοειδοῦς καθεύδοντα, τὸν γὰρ ὕπνον αὐτῷ μεμηχανῆσθ δεσμὸν ὑπὸ τοῦ Διός, ὄρνιθας δὲ τῆς πέτρας κατὰ κορυφὴ ὡς πετομένους ἀμβροσίαν ἐπιφέρειν αὐτῷ, καὶ τὴν νῆσον εὐ δίᾳ κατέχεσθαι πᾶσαν, ὥσπερ ἐκ πηγῆς σκιδναμένη τ πέτρας· τοὺς δὲ δαίμονας ἐκείνους περιέπειν καὶ θεραπεύ

F. 4. οὐκ ὄναρ] Legendum videtur, οὐ γὰρ ὄναρ.
F. 10. ὡς πετομένους] ὡς delendum.

dam, quia adſueverint: alios, quia citra laborem et occupationem ullam omnia vitæ ſubſidia abunde ſuppeditantur hominibus otium traducentibus vel in ſacrificiis et chororum inſtructione, vel in literis et philoſophia. Mirabilem eſſe enim inſulæ naturam, et lenitatem aëris ambientis. Quibuſdam etiam, cum avehi in animum induxiſſent, Genium loci impedimento eſſe: oſtendentem eis ſe tanquam familiaribus et amicis, non per ſomnia modo aut ſigna,

ſed palam viſui audituive exhibentem. Ipſum enim turnum in profundo antro d mire, ibique contineri ir ſaxa, auri formam referen nam ſomnum ei loco con dum eſſe a Jove deſtinatu et in vertice ſaxi eſſe a quæ advolantes ei ambroſ adferant: totam inſulam ſu fragrantia oppleri, quæ e ſ illo tanquam fonte diffun tur. Genios autem illos turni famulos eſſe atque ad niſtros, qui circa ipſum v ſentur adſiduo, et tunc

Κρόνον, ἑταίρους αὐτοῦ γενομένους ὅτε δὴ θεῶν καὶ ἀνθρώπων ἐβασίλευσε, καὶ πολλὰ μὲν ἀφ' ἑαυτῶν μαντικοὺς ὄντας προλέγειν, τὰ δὲ μέγιστα καὶ περὶ τῶν μεγίστων, ὡς ὀνείρατα τοῦ Κρόνου κατιόντας ἐξαγγέλλειν· ὅσα γὰρ ὁ Ζεὺς προδιανοεῖται, ταῦτα ὀνειροπολεῖν. τὸν Κρόνον· εἶναι δὲ ἀνάστασιν τὰ τιτανικὰ πάθη καὶ κινήματα τῆς ψυχῆς ἐν αὐτοῦ παντάπασιν ὁ ὕπνος * καὶ γένηται τὸ βασιλικὸν καὶ θεῖον αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ καθαρὸν καὶ ἀκήρατον. Ἐνταῦθα δὴ κομισθεὶς, ὡς ἔλεγεν, ὁ ξένος καὶ θεραπεύων τὸν θεὸν ἐπὶ σχολῆς, ἀστρολογίας μὲν ἐφ' ὅσον γεωμετρήσαντι πορρωτάτω προελθεῖν δυνατόν ἐστιν, ἐμπειρίαν ἔσχε, φιλοσοφίας δὲ τῆς ἄλλης τῷ φυσικῷ χρώμενος. Ἐπιθυμίαν δέ τινα καὶ πόθον ἔχων γενέσθαι τῆς μεγάλης νήσου θεατὴς· οὕτω γὰρ, ὡς ἔοικε, τὴν παρ' ἡμῖν οἰκουμένην ὀνομάζουσιν·

A. 6. προδιανοεῖται] Sic E. Vulgo, προσδιανοεῖται. Forte corrigendum, ὕπαρ διανοεῖται.

A. 8. ὁ ὕπνος * καὶ γένηται] Forte ita integrandus locus, εἶναι δὲ ἀνάστασιν αὐτοῦ τὰ τιτανικὰ πάθη καὶ κινήματα τῆς ψυχῆς, ἃ κατευνάζων ὁ ὕπνος συστέλλει, ἕως κοσμηθῇ, καὶ γένηται—.

fuerint ſocii, cum in homines ac Deos regnum geſſit. Eos, utpote ſuapte natura divinos, multa vaticinari: maxima autem, et de ſummis rebus prædicere, dum ſomnia Saturni renunciant: huic enim in ſomnis obverſari, quicquid Jupiter meditetur: Saturno expergefacto, exiſtere animi motus caſuſquè Titanicos quos ſomnus mulcet, donec regia illa ac divina facultas ipſa ſeorſim pura atque incontaminata exſiſtat. Huc ergo delatus, ut ipſe narrabat, hoſpes, Deumque per otium demeritus, aſtrologiæ tantam paraverat ſibi peritiam, quantam geometria fretus aliquis et longiſſime procedens adipiſcatur: de reliquis partibus philoſophiæ naturalem fuit amplexus. Cupiditate ergo quadam et deſiderio captus ſpectandæ magnæ inſulæ iſtius: ſic enim noſtram illi continentem nominant; circumactis triginta

ἐπεὶ δὲ τὰ τριάκοντα ἔτη διῆλθεν, ἀφικομένων τῶν διαδεξομένων οἴκοθεν, ἀσπασάμενος τοὺς φίλους ἐξέπλευσε, τὰ μὲν ἄλλα κατεσκευασμένος εὐσταθῶς, ἐφόδιον δὲ συχνὸν χρυσοῖς ἐκπώμασι κομίζων. Ἃ μὲν οὖν ἔπαθε καὶ ὅσους ἀνθρώπους διῆλθεν, ἱεροῖς τε γράμμασιν ἐντυγχάνων, ἐν τελεταῖς πάσαις τελούμενος, οὐ μιᾶς ἡμέρας ἔργον ἐστὶ διελθεῖν, ὡς ἐκεῖνος ἡμῖν ἀπήγγελλεν, εὖ μάλα καὶ καθ' ἕκαστον ἀπομνημονεύων· ὅσα δὲ οἰκεῖα τῆς ἐνεστώσης διατριβῆς ἐστιν, ἀκούσατε. Πλεῖστον γὰρ ἐν Καρχηδόνι χρόνον διέτριψεν, ἅτε δὴ παρ' ἡμῖν μεγάλας ἔχοντος καὶ τιμὰς, ὅτι ἡ προτέρα πόλις ἀπώλλυτο, διφθέρας ἱερὰς ὑπεκκομισθείσας κρύφα καὶ διαλαθούσας πολὺν χρόνον ἐν γῇ κειμένας ἐξευρὼν, τῶν τε φαινομένων θεῶν ἔφη χρῆναι

B. 7. ἐπεὶ δὲ] Forte ἐπεί γε. Reliquam difficultatem interpungendo expedivimus.

B. 9. εὐςαθῶς] Legendum, εὐςαλῶς, cum Exempl. Turneb. Anon. In hanc ſententiam verterunt Amiot. et Xyl.

B. 9. συχνὸν χρυσοῖς] E. συχνὸν ἐν χρυσοῖς.

C. 5. ἔχοντος καὶ τιμὰς, ὅτι] Corrigendum videtur, ἔχοντος τοῦ Κρόνου τιμάς· Καὶ ὅτι—.

annis, cum ſucceſſores veniſſent domo, ſalutatis amicis avectus eſt, modico alioquin apparatu, ſed qui ingens viaticum in aureis poculis ſecum portaret. Quæ ei evenerint, per quos homines iter fecerit, ut ſacras in literas inciderit, ut omnis generis ſacris initiatus fuerit, recenſere non eſt unius diei opera; quomodo ille nobis retulit, ſingula accurate commemorans. Quæ vero ad præſentem pertinent diſputationem, audite. Carthagine permultum temporis extraxit, quod Saturnus apud nos in magno eſt honore: inveniens etiam membranas quaſdam ſacras, ſub excidium prioris urbis clam exportatas et humi per longum tempus abditas latenteſque, dixit de iis qui in Deorum habentur numero, præcipuam venerationem Lunæ deberi, ut quæ plurimum juris in vitam noſtram haberet: meque ut eam

μοι παρεκελεύετο τιμᾶν διαφερόντως τὴν Σελήνην, ὡς τοῦ βίου κυριωτάτην οὖσαν. * ἐχομένην.

κζ΄. Θαυμάζοντος δέ μου ταῦτα, καὶ δεομένου σαφέστερον ἀκοῦσαι, Πολλὰ, εἶπεν, ὦ Σύλλα, περὶ θεῶν, οὐ πάντα δὲ καλῶς λέγεται παρ' Ἕλλησιν. Οἷον εὐθὺς, ὀρθῶς Δήμητραν καὶ Κόρην ὀνομάζοντες, οὐκ ὀρθῶς ὁμοῦ περὶ τὸν αὐτὸν ἀμφοτέρας εἶναι τόπον νομίζουσιν· ἡ μὲν γὰρ ἐν Γῇ καὶ κυρία τῶν περὶ Γῆν ἐστιν, ἡ δὲ ἐν Σελήνῃ καὶ τῶν περὶ Σελήνην· Κόρη τε καὶ Περσεφόνη κέκληται, τὸ μὲν ὡς φωσφόρος οὖσα, Κόρη δὲ ὅτι καὶ τοῦ ὄμματος, ἐν ᾧ τὸ εἴδωλον ἀντιλάμπει τοῦ βλέποντος, ὥσπερ τὸ Ἡλίου φέγγος ἐνορᾶται τῇ Σελήνῃ, κόρην προσαγορεύομεν. Τοῖς τε περὶ τὴν πλάνην καὶ τὴν ζήτησιν αὐτῆς λεγομένοις ἔνεστι * τὸ ἀληθές· ἀλλήλων γὰρ ἐφίενται

C. 10. οὖσαν. * ἐχομένην] Forte ſupplendum οὖσαν ἡγέμονα· τὴν δὲ Γῆν ἐχομένην. itaque verti.

D. 6. καὶ τῶν περὶ Σελήνην] Sic E. Vulgo, παρὰ τῶν ἐν τῇ Σελήνῃ. Ceteri aliter variant.

E. 1. ἔνεστι * τὸ ἀληθές] Tale quid excidit, ἔνεστιν ἐπιεικῶς σὺν τῷ μυθώδει καὶ τὸ ἀληθές.

ſtudioſius quam alia numina colerem, hortatus eſt: proximo ſecundum illam loco Terram haberem.

XXVII. Hæc ego cum mirarer, et planius mihi explicari cuperem: Multa, inquit, O Sylla, de Diis apud Græcos, non omnia tamen recte dicuntur. Quale initio ſtatim hoc occurrit, quod Cererem et Proſerpinam recte nominantes, non recte ſimul, et circa eundem locum verſari ambas cenſent. Ceres enim in Terra eſt, et terreſtrium effectorum poteſtate prædita: Proſerpina in Luna eſt, et rebus præeſt lunaribus: Perſephones vero nomen et Cores, quod eſt puellæ, gerit Proſerpina: illud quia lucifera eſt: hoc, quod etiam pupilla oculi ita Græcis appellatur; quia viſa res in ea conſpicitur, haud ſecus quam Sol in Luna. Atque iis quoque, de erroribus Proſerpinæ, utque fuerit a Cerere quæſita, fabulis, veri aliquid

χωρὶς οὖσαι, καὶ συμπλέκονται περὶ τὴν σκιὰν πολλάκις δὲ νῦν μὲν ἐν οὐρανῷ καὶ φωτὶ, νῦν δὲ ἐν σκότῳ κ γενέσθαι περὶ τὴν Κόρην, ψεῦδος μὲν οὐκ ἔστιν, ὁ δὲ χ νος τῷ ἀριθμῷ πλάνην παρέσχηκεν· οὐ γὰρ ἓξ μ ἀλλὰ παρ' ἓξ μῆνας ὁρῶμεν αὐτὴν ὑπὸ τῆς Γῆς, ὥ περ ὑπὸ τῆς μητρὸς, τῇ σκιᾷ λαμβανομένην, ὀλιγά δὲ τοῦτο διὰ πέντε μηνῶν παροῦσαν· ἐπεὶ τόν γε ᾅ ἀπολιπεῖν ἀδύνατόν ἐστιν αὐτὴν, τοῦ ᾅδου περοῦσαν, ὥ περ καὶ Ὅμηρος ἐπικρυψάμενος, οὐ φαύλως τοῦτο εἶπε,

Ἀλλ' ἐς ἠλύσιον πεδίον καὶ πείρατα γαίης·

ὅπου γὰρ ἡ σκιὰ ἐπινεμομένη παύεται, τοῦτο τέρμα Γῆς ἔθετο καὶ πέρας· εἰς δὲ τοῦτο φαῦλος μὲν οὐ οὐδὲ ἀκάθαρτος ἄνεισιν, οἱ δὲ χρηστοὶ μετὰ τὴν τελε κομισθέντες αὐτόθι, ῥᾷστον μὲν οὔπω βίον, οὐ μὴν μακ οὐδὲ θεῖον ἔχοντες ἄχρι τοῦ δευτέρου θανάτου διατελ

E. 4. περὶ τὴν Κόρην] περὶ delendum.
F. 1. παροῦσαν] Legendum παθοῦσαν, vel πάσχουσαν.
F. 2. περοῦσαν] Sic Steph. neſcio unde; niſi ex Bongarſ. At Ald. Baſ. B. E. περ οὖσαν: unde T. et ipſum Exempl. Turneb. fecit πέρ σαν; quod magis probem.

ineſt: nam ſe invicem deſiderant disjunctæ: et in umbra ſe mutuo ſæpe complectuntur. Et quod Proſerpina modo in cœlo et lumine, modo in tenebris et nocte dicitur eſſe, id mendacium non eſt; ſed tempus errori anſam ſuo præbuit numero. Non enim ſex menſes, ſed ſexto menſe videmus eam a Terra tamquam matre ſub umbra detineri: idque raro quinto menſe fieri. Nam fieri nequit ut Plutonem relinquat, cujus eſt ipſa terminus: quod Homerus culte quidem, ſed non i ſignificavit:

Elyſium in campum, qua terræ nus exſtat,
Te ducent ſuperi:

ubi enim umbra defini gruere, eum terminum nem Terræ poſuit. In i vero campum nemo impı aut impurus venit: boni mortem eo delati, facilli quidem, non tamen be aut divinam, vitam agun que ad ſecundam mortem

κή. Τίς δὲ οὗτός ἐστιν, ὦ Σύλλα; Μὴ περὶ τούτων, μέλλω γὰρ αὐτὸς διηγεῖσθαι. Τὸν ἄνθρωπον οἱ πολλοὶ σύνθετον μὲν ὀρθῶς, ἐκ δυοῖν δὲ μόνον σύνθετον οὐκ ὀρθῶς ἡγοῦνται· μόριον γὰρ εἶναί πως ψυχῆς οἴονται τὸν νοῦν, οὐδὲν ἧττον ἐκείνων ἁμαρτάνοντες οἷς ἡ ψυχὴ ... μόριον εἶναι τοῦ σώματος· νοῦς γὰρ ψυχῆς, ὅσῳ ψυχὴ σώματος, ἄμεινόν ἐστι καὶ θειότερον· ποιεῖ δὲ ἡ μὲν ψυ- ...ῆς σύνοδος λόγον, ὧν τὸ μὲν ἡδονῆς ἀρχὴ καὶ πόνου, τὸ δ' ... ἀρετῆς καὶ κακίας. Τριῶν δὲ τούτων συμπαγέντων, τὸ μὲν σῶμα ἡ Γῆ, τὴν δὲ ψυχὴν ἡ Σελήνη, τὸν δὲ νοῦν ὁ Ἥλιος παρέσχεν εἰς τὴν γένεσιν. * ὥσπερ αὖ τῇ Σελήνῃ ... φέγγος. Ὃν δὲ ἀποθνήσκομεν θάνατον, ὁ μὲν ἐκ τριῶν

. 10. οὗτός] Forte, ὄντως.

. 10. ὦ Σύλλα] Xyl. accepit pro interpellatione Lampriæ; ita ἔφην interponendum ſit. Amiotus, pro converſione hoſpitis ad Syllam in continua Syllæ oratione. Prius, ut in re dubia, verſione retinui.

A. 4. οὐδὲν ἧττον—εἶναι τοῦ σώματος] Addidimus hæc ex B. E.

A. 6. ποιεῖ δὲ—λόγον, ὧν] Mutilus locus, forte ita reſtituendus ut vertimus, ποιεῖ δὲ ἡ μὲν ψυχῆς καὶ σώματος σύνοδος πάθος, ἡ δὲ νοῦ καὶ ψυχῆς λόγον. Ex B. E. eſt ὧν, pro τῶν.

A. 10. γένεσιν. * ὥσπερ αὖ] αὖ eſt ex E. pro vulgato ἂν. Hiatus, ſi quidem aliquid excidit, hanc in ſententiam explendus videtur, γένεσιν· καὶ γὰρ καὶ ἡ Σελήνη παρέχει τῇ Γῇ ὑγρότητα γόνιμον καὶ φέγγος, ὥσπερ αὖ ὁ Ἥλιος τῇ Σελήνῃ τὸ φέγγος.

XXVIII. Quæ vero, O Sylla, hæc eſt? aiebam. Tum ille: Noli, inquit, de his quærere: ſum enim ipſe narraturus. Hominem plerique compoſitum ſtatuunt, recte hoc: non recte, quod e duabus tantum partibus conſtare putant, mentem partem quodammodo animæ eſſe opinantes: non leviore illi errore lapſi iis, qui animam partem corporis eſſe putant. Etenim mens tanto eſt præſtantior quam anima ac divinior, quanto anima præſtat corpori. Facit autem coitus animæ cum corpore, affectum; cum mente rationem: quorum alterum voluptatis et doloris eſt principium, alterum virtutis et vitii. His tribus compactis, Terra corpus, animam Luna, mentem Sol creando homini præbuit, ſicuti Lunæ ſplendorem. Mors autem, quam obimus, alia ex tribus duo facit hominem, a-

δύο ποιεῖ τὸν ἄνθρωπον, ὁ δὲ ἐν ἐκ δυοῖν· καὶ ἡ
ἐστὶν ἐν τῇ τῆς Δήμητρος. * ἐν αὐτῇ τελεῖν, καὶ
νεκροὺς Ἀθηναῖοι Δημητρείους ὠνόμαζον τὸ παλαι-
δὲ ἐν τῇ Σελήνῃ τῆς Περσεφόνης· καὶ σύνοικος τῆς
μὲν χθόνιος ὁ Ἑρμῆς, τῆς δὲ, οὐράνιος· λύει δὲ ἡ
μὲν ταχὺ καὶ μετὰ βίας τὴν ψυχὴν ἀπὸ τοῦ σώματ-
ἡ δὲ Περσεφόνη πρᾴως καὶ χρόνῳ πολλῷ τὸν νοῦν
τῆς ψυχῆς, καὶ διὰ τοῦτο μονογενὴς κέκληται, μόν-
γίνεται τὸ βέλτιστον τοῦ ἀνθρώπου διακρινόμενον ὑπ'
αὐτῆς. Συντυγχάνει δὲ ὅπως κατὰ φύσιν ἑκάτερ-
Πᾶσαν ψυχὴν, ἄνουν τε καὶ σὺν νῷ, σώματος ἐκ-
πεσοῦσαν εἱμαρμένον ἐστὶ τὸ μεταξὺ Γῆς καὶ Σελήνης χ-
πλανηθῆναι χρόνον οὐκ ἴσον. Ἀλλ' αἱ μὲν ἄδικοι

B. 1. Δήμητρος. * ἐν αὐτῇ τελεῖν] Loci ut ſententiam reddidimus, ita fere ve ſupplenda, ἐν τῇ τῆς Δήμητρος μοίρᾳ· ὅθεν τὸ μυεῖσθαι, παρωνύμ τελευτᾶν ἐκ αὐτῇ, τελεῖν—.

B. 2. ὠνόμαζον—Σελήνῃ] Ita conſtituendum duxi hunc locum ex pervul omnium librorum temeritate iſta, ὠνόμαζον· Τὸ παλαιὸν δὲ ἐν τῇ λήνῃ.

B. 8. βέλτιστον] Sic B. E. Vulgo, βέλτιον. Ceteri variant in hoc loco.

C. 1. τὸ μεταξὺ] Forte, ἐν τῷ μεταξύ.

lia unum e duobus: et altera eſt in Cereris ditione, ſeu Terra, unde initiandi et moriendi cognata ſunt nomina Græcis, τελευτᾶν et τελεῖν: et mortuos Athenienſes *Demetreos*, hoc eſt Cereales, dixerunt antiquitus. Mors in Luna ſubeſt Proſerpinæ: et illius quidem contubernalis eſt Mercurius terreſtris, hujus cœleſtis. Solvit autem Ceres celeriter ac vi animam a corpore: mentem ab anima le-

niter et longo tempor curſu Proſerpina, ideo nigenita appellatur; un nim fit hominis melior ab ea ſecreta. Evenit ſic ſecundum naturam u que. Omnis anima, ſive dita ſive carens mente primum e corpore exiit lege ad tempus vagatur regione quæ Terram e nam interjacet. Verum idem eſt omnibus tempus ſcriptum. Impiæ enim

όλαςοι δίκας τῶν ἀδικημάτων τίνουσι· τὰς δὲ ἐπιεικεῖς, ὅσον ἀφαγνεῦσαι καὶ ἀποπνεῦσαι ἀπὸ τοῦ σώματος, ὥσπερ ἀπὸ πονηροῦ, μιασμοὺς, ἐν τῷ πραοτάτῳ τοῦ ἀέρος, λειμῶνας ᾅδου καλοῦσι, δεῖ γίνεσθαι χρόνον τινὰ τεταγμένον· εἶτα, οἷον ἐξ ἀποδημίας ἀνακομιζόμεναι φυγαδικῆς εἰς πατρίδα, γεύονται χαρᾶς, οἵαν οἱ τελούμενοι μάλιςα θορύβῳ καὶ πτοήσει συγκεκραμένη μετ' ἐλπίδος ἰδίας ἔχουσι· πολλὰς γὰρ ἐξωθεῖ καὶ ἀποκυματίζει γλιχομένας ἤδη τῆς Σελήνης, ἐνίας δὲ καὶ τῶν ἐκεῖ περὶ κάτω τερπομένας ὥσπερ εἰς βυθὸν αὖθις ὁρῶσι καταγινομένας. Αἱ δὲ ἄνω γενόμεναι, καὶ βεβαίως ἱδρύθησαν, πρῶτον μὲν, ὥσπερ οἱ νικηφόροις, περιΐςᾶσιν ἀναδούμενοι ςεφάνοις πτερῶν εὐςαθείας λεγομένας, ὅτι τῆς ψυχῆς τὸ ἄλογον καὶ τὸ παθητικὸν, εὐήνιον ἐπιεικῶς τῷ λόγῳ καὶ

C. 5. μιασμοὺς] Forte, μιασμῶν.
C. 10. ἰδίας] ἡδείας vertendo corrigere voluit Xyl. quod forte præſtat.
D. 1. ἤδη τῆς Σελήνης] Forte, ἤδη αὐτῆς ἡ Σελήνη.
D. 2. περὶ κάτω τερπομένας] Legendum περὶ τὰ κάτω τ. Ceterum B. E. τρεπομένας, quod vulgato non præferendum.
D. 3. ἱδρύθησαν] Malim, ἱδρυθεῖσαι.
D. 4. νικηφόροις, περιΐςᾶσιν] Lego, νικηφόροι, περιΐασιν.

temperantes animæ pœnas flagitiorum luunt: piæ certum tempus, quantum ad luſtrandum, et corporis, utpote malæ cauſſæ, pollutiones abolendum ſufficit, in aëris puriſſima parte degunt, quam *prata Ditis* appellant: deinde veluti ab exſilio in patriam reductæ, gaudium deguſtant, quale maxime percipiunt qui ſacris initiantur, trepidatione ac ſuavi ſpe permixtum. Multas enim extrudit, æſtuandoque projicit Luna jam attingere eam affectantes: nonnullas etiam quæ jam eo pervenerint, vident delectatas in regionibus ejus inferioribus, tanquam in profundum denuo deferri. Quæ autem ſurſum evaſerunt, ac firmiter ſunt collocatæ, primum, ut ſolemni certamine victores, obeunt coronatæ *pennis*, quæ *conſtantiæ* dicuntur; quia animæ vim brutam et motibus vagis obnoxiam in vita ratio-

κεκοσμημένον ἐν τῷ βίῳ παρέχοντο· ὥσπερ, ἀ
τὴν ὄψιν ἐοικέναι, πυρὶ δὲ τὴν ψυχὴν ἄνω κου
μένην, ὥσπερ ἐνταῦθα, τῷ περὶ τὴν Σελήνην αἰ
καὶ τόνον ἀφ' αὐτοῦ καὶ δύναμιν, οἷον τὰ στομούμενα
φὴν, ἴσχουσι· τὸ γὰρ ἀραιὸν ἔτι καὶ διακεχυμένον ῥώ
καὶ γίνεται σταθερὸν καὶ διαυγὲς, ὥστε ὑπὸ τῆς τυχ
ἀναθυμιάσεως τρέφεσθαι· καὶ καλῶς Ἡράκλειτος εἶ
ὅτι, " Αἱ ψυχαὶ ὀσμῶνται καθ' ᾅδην."

κθ'. Ἐφορῶσι δὲ πρῶτον μὲν αὐτῆς Σελήνης
μέγεθος, καὶ τὸ κάλλος, καὶ τὴν φύσιν οὐχ ἁπλῆν
ἄμικτον, ἀλλ' οἷον ἄστρου σύγκραμα καὶ γῆς οὖσαν.
ὡς γὰρ ἡ Γῆ πνεύματι μεμιγμένη καὶ ὑγρῷ μαλακὴ γέ
καὶ τὸ αἷμα τῇ σαρκὶ παρέχει τὴν αἴσθησιν ἐγ-
κεκραμένον, οὕτω τῷ αἰθέρι λέγουσι τὴν Σελήνην ἀνα-
κεκραμένην διὰ βάθους, ἅμα μὲν ἔμψυχον εἶναι καὶ

D. 8. ἐοικέναι—αἰθέρι] Sententia in Latinis a nobis expreſſa, corrigendum detur ἐοικυῖαι, πυρὶ δὲ τὴν ψυχὴν, ὥσπερ ἐνταῦθα, ἄνω κουφιζομένην τῷ περὶ τὴν Σελήνην αἰθέρι—. τῷ ſumtum ex B. E. pro vulgato τό.
D. 10. ἀφ' αὐτοῦ] Forte, ἀπ' αὐτοῦ.

ni obſequentem compoſitamque habuerint. Deinde viſus eorum radiis eſt ſimilis, anima igni, quippe ſurſum elata, prouti et hac in terra ignis ſurſum fertur, in Lunari æthere, ab eo vim quandam roburque accipiunt, ut ferrum candens aquæ immerſum: quod enim rarum adhuc eſt et diffuſum, roboratur fitque ſtabile et pellucidum, ita ut a quavis exhalatione nutriatur. Et præclare dixit Heraclitus, *Animas in Orco rari.*

XXIX. Conſpiciunt tem primum ipſius I magnitudinem et pulch dinem ac naturam: non plicem aut ſinceram eam aliquid e terra et ſtella temperatum. Sicut enim ra, ſpiritu mixta et hun mollis eſt facta, et ſar carni admixtus ſenſum bet: itaætheri aiunt Lu profunde permixtam, ſim

μον, ἅμα δὲ ἰσόρροπον ἔχειν τὴν πρὸς τὸ βαρὺ συμμετρίαν τῆς κουφότητος. Καὶ γὰρ αὐτὸν οὕτω τὸν κόσμον ἐκ τῶν ἄνω καὶ τῶν κάτω φύσει φερομένων συμπηρ-ρωμένον, ἀπηλλάχθαι παντάπασι τῆς κατὰ τόπον κινήσεως. Ταῦτα δὲ καὶ Ξενοκράτης ἔοικεν ἐννοῆσαι θείῳ τινὶ λογισμῷ, τὴν ἀρχὴν λαβὼν παρὰ Πλάτωνος. Πλάτων γάρ ἐστιν ὁ καὶ τῶν ἀστέρων ἕκαστον ἐκ γῆς καὶ πυρὸς συνηρμόσθαι διὰ τῶν μεταξὺ φύσεων ἀναλογίᾳ δοθεισῶν ἀποφηνάμενος· οὐδὲν γὰρ εἰς αἴσθησιν ἐξικνεῖσθαι, ᾧ μή τι γῆς ἐμμέμικται καὶ φωτός. Ὁ δὲ Ξενοκράτης, τὰ μὲν ἄστρα καὶ τὸν Ἥλιον ἐκ πυρός, φησί, καὶ τοῦ πρώτου πυκνοῦ συγκεῖσθαι, τὴν δὲ Σελήνην ἐκ τοῦ δευτέρου πυκνοῦ καὶ τοῦ ἰδίου ἀέρος, τὴν δὲ Γῆν ἐξ ὕδατος καὶ πυρὸς καὶ τοῦ τρίτου τῶν πυκνῶν· ὅλως δὲ μήτε τὸ πυκνὸν αὐτὸ καθ' αὑτό, μήτε τὸ μανόν, εἶναι ψυχῆς δεκτικόν. Καὶ ταῦτα μὲν περὶ οὐσίας Σελήνης. Εὖρος δὲ καὶ μέγεθος

F. 7. δοθεισῶν[Vocabulum geometricum veri ſpeciem habet, vanam tamen: præſtat διθεισῶν cum Leonic.

animatam eſſe ac fœcundam, et gravitatis levitatiſque æqualia momenta habere. Nam ipſum quoque mundum ex iis quæ ſurſum, et iis quæ deorſum feruntur, natura contemperatum, ab omni mutatione loci eſſe liberum. Hæc etiam Xenocrates divina quadam ratiocinatione videtur deprehendiſſe, a Platone ſumto principio. Plato enim eſt, qui ſtellarum quoque unam quamlibet ex terra et igne concinnatam, pronunciavit, per intermedias naturas proportione datas; nihil enim ſentiri, cui nihil terræ et luminis ſit admixtum. Xenocrates autem ſtellas et Solem ex igne, ait, et primo denſo compoſitas: Lunam autem ex ſecundo denſo, et peculiari aëre: Terram ex aqua, igne, et tertio denſo: omnino autem neque denſum ipſum per ſe, neque rarum eſſe capax animæ. Atque hæc quidem de ſubſtantia Lunæ. Latitudinem autem ejus et magni-

οὐχ ὅσον οἱ γεωμέτραι λέγουσιν, ἀλλὰ μεῖζον πολλ
καταμετρεῖ δὲ τὴν σκιὰν τῆς Γῆς ὀλιγάκις τοῖς
μεγέθεσιν οὐχ ὑπὸ σμικρότητος, ἀλλὰ θερμοτάτην
τὴν κίνησιν, ὅπως ταχὺ διαπεράσῃ τὸν σκοτώδη
ὑπεκφέρουσα τὰς τῶν ἀγαθῶν ψυχὰς ἀπ
βοώσας· οὐκ ἔτι γὰρ ἐξακούουσιν ἐν τῇ σκιᾷ γενόμ
περὶ τὸν οὐρανὸν ἁρμονίας· ἅμα δὲ καὶ κάτωθεν
κολαζομένων ψυχαὶ τηνικαῦτα διὰ τῆς σκιᾶς,
μεναι καὶ ἀλαλάζουσαι προσφέρονται· (διὸ καὶ τ
ἐν ταῖς ἐκλείψεσιν εἰώθασιν οἱ πλεῖστοι χαλκώματα
ψόφον ποιεῖν καὶ πάταγον ἐπὶ τὰς ψυχάς)· ἐκ
δὲ αὐτὰς καὶ τὸ καλούμενον πρόσωπον, ὅταν ἐγγὺς
νωνται, βλοσυρόν τι καὶ φρικῶδες ὁρώμενον. Ἔστι
τοιοῦτον· ἀλλ' ὥσπερ ἡ παρ' ἡμῖν ἔχει Γῆ κόλπους
θεῖς καὶ μεγάλους, ἕνα μὲν ἐνταῦθα διὰ στηλῶν Ἡ

A. 8. θερμοτάτην ἐπάγει] Libri alii aliter variant: B. θερμότητος praeb
ἐπείγει: unde corrigendum videtur, θερμότητος ἢ ἐπείγει—.

B. 3. καὶ ἀλαλάζουσαι προσφέρονται] Sic B. E. Baſ. Xyl. et in ἀλαλάζουσ
ſentitur Ald. Nam καὶ ipſe addidi. Vulgo, ἀλαλάζουσι διαφέρ
quod Steph. habuit ex Leonic. Schott. Anon.

tudinem non quantam geometræ dicunt, ſed multis modis majorem: dimetitur autem umbram paululum ſuis magnitudinibus, non ob parvitatem, ſed calidiſſime motum concitat, ut celeriter perambulet umbroſum locum, ſimul efferens animas bonorum feſtinantes et vociferantes: nam cum in umbra ſunt, exaudire deſinunt harmoniam cœli: ſimul etiam animæ quæ infra ſunt ſupplicia luentium, tunc per umbram lamentant conclamantes adferuntu eo in defectibus pleriqu lent æra pulſare, ac ſo fragoremque adverſus a edere. Terret eas eti quæ dicitur facies, q propius accedunt, ho eis et terribilis app Non eſt autem talis. S ut noſtra Terra ſinus profundos ac magnos, rum unus per columnas culis hac ad nos infu

κείων, ἀναχεόμενον εἴσω πρὸς ἡμᾶς· ἔξω δὲ τὸν Κάσπιον καὶ τοὺς περὶ τὴν Ἐρυθρὰν θάλατταν, οὕτω βάθη ταῦτα τῆς Σελήνης ἐστὶ καὶ κοιλώματα· καλοῦσι δὲ αὐτῶν τὸ μὲν μέγιστον Ἑκάτης μυχὸν, ὅπου καὶ δίκας διδόασιν αἱ ψυχαὶ καὶ λαμβάνουσιν, ὧν ἂν ἤδη γεγενημέναι δαίμονες ἢ πάθωσιν ἢ δράσωσιν· τὰ δὲ δύο, μικρά, περαιοῦνται γὰρ αἱ ψυχαὶ δι' αὐτῶν, νῦν μὲν εἰς τὰ πρὸς οὐρανὸν τῆς Σελήνης, νῦν δὲ πάλιν εἰς τὰ πρὸς Γῆν. Ὀνομάζεσθαι δὲ τὰ μὲν πρὸς οὐρανὸν τῆς Σελήνης, Ἠλύσιον πεδίον· τὰ δ' ἐνταῦθα, Περσεφόνης οὐκ ἀντίχθονος.

λ'. Οὐκ ἀεὶ δὲ διατρίβουσιν ἐπ' αὐτὴν οἱ δαίμονες, ἀλλὰ χρηστηρίων δεῦρο κάτιασιν ἐπιμελησόμενοι, καὶ ταῖς ἀνωτάτω συμπάρεισι καὶ συνοργιάζουσι τῶν τελετῶν, κολασταί τε γίνονται καὶ φύλακες ἀδικημάτων, καὶ σωτῆρες

C. 5. δαίμονες] Additum ex B. E.

C. 5. τὰ δὲ δύο, μικρὰ] Sic Steph. ex Turneb. et Amiot. At Leonic. μακρά. B. E. Ald. Baſ. Xyl. τὰς δὲ δύο μακράς. Itaque retinui verſionem Xyl.

C. 9. οὐκ ἀντίχθονος] Delendum forte οὐκ ut e proximo ortum; Xyl. vertit καί: aliter Amiot. nil ad rem.

C. 11. ἐπ' αὐτὴν] Legendum, ἐπ' αὐτῇ.

alter foris eſt maris Caſpii ac Rubri: ſic in Luna etiam cavernæ ſunt et profunda. Cavernarum ejus maximam *Penetralia Hecates* vocant, ubi animæ jam genii factæ, injuriarum cum acceptarum pœnas repetunt, tum illatarum luunt: duæ aliæ *longæ* dicuntur, quia per eas tranſmittuntur animæ alias in partem Lunæ obverſam Terræ, alias in cœlo obverſam. Appellantur autem partes Lunæ cœlo obverſæ *Elyſius campus*: huc pertinentes, *Proſerpinæ Antichthonis*, id eſt Terræ oppoſitæ.

XXX. Non ſemper autem in Luna morantur genii, ſed huc deſcendunt ut oracula procurent: et ſupremis adſunt orgiis atque ſacrificiis, puniunt flagitia, ſalutareſque

